


Thomas Prince  
Library.



IN THE CUSTODY OF THE  
BOSTON PUBLIC LIBRARY.

SHELF NO. H. 00.7

194 -



1028. 3.24

This Book was Printed 1477. See 4 End

Quetus Succius an Italian; after called Pope during the 2<sup>d</sup>. de la Council year 1454.  
He was very learned; an excellent Orator; a great Poet, Philosopher  
& cosmographer; he could speak eloquently. Magna quicunq; in Discendo  
sit quantum, quod cum sapientia in sordidum de leonis loqueretur, Diversa semper  
visus est dicens. Tanta erat in oratione eloquence, et copia. (Latina & utriusque  
Pontificum romanorum) Scientia sane insquisit. Papacis cunctae & Oratione &  
statim curuit. (Non multa quinque) He was at the Council of Basel, wrote  
every thing, relating the Decrees that were made there exceedingly, &  
Leigh or Religion & learned men.

He was Scribe in the Council of Basel, & approved it in his publick writings.  
Afterward was secretary of the Emperor Frederick; then a Bishop; after-  
ward a cardinal; & at length a Pope; being chose about Aug. 1458  
& died Aug. 16. 1464.

Cavisius.

1222. - 1444.  
MCCCC XLIV. 1444.  
1226. - 1446.  
1227. - 1448.  
1228. - 1447  
1223. - 1443  
1222. - 1442  
1226. - 1456.  
1271. - 1457  
1277. - 1455.  
1272. - 1452  
1261. - 1461.  
1200. - 1460.  
1279. - 1459.  
1262. - 1462.  
1278. - 1458.  
1263. - 1463.  
1288. - 1477.

This Book belongs to  
**The South-Church-Library**  
in BOSTON, Begun to be collected by Thomas  
Prince, upon his being ordain'd their Col-  
league Pastor with the Rev. Mr. Joseph  
Sewall, Oct. 1. 1718; and was the gift  
of Mr. Prince to said Library for the  
use of their Ministry for ever.

The first printed book, (a Bible).  
was executed between the years  
1450 & 1455; being less than 27 years  
earlier than this volume

**E**nee filij senensis poete lauceati imperialisq; secretarij viri omni  
um facile prestantissimi herum familiarium Incipiunt epistole pta  
mene.

**O**p singulare numero scribendum sit Item cur libri cumalentur.

**N**eas filius imperialis secretarius magnifico iohani Comiti de lupfen Salutem plurimā dicit. In scrip  
tis veterum tria inuenio que nostri partim negligunt  
partim assequi non valent. Elegantiam enim et gra  
uitatem sententiarum quibus vestigiis codices redolent ne  
quunt nostri seculi homines imitari. Quod vestitissi  
euo priori fuit allocutiones singulares enunciare et se in epistolarum  
capite ponere possent nostri sed supina quadam ignorantia decepti dum  
blandiri volunt omnem orationis textum confundunt vos precor inquit  
vobis supplico cesar vestram maiestatem appello vestrum officium  
imploro vestram clementiam obtestor reddite iudicium inopis iudica  
te potentem meam calamitatē respicite nemo vos magis quam iustitia mo  
ueat cesar. Et in hunc modum infinita Hoc et michi facere licet sed  
veterem morem magis commendo. Et cum summos illos imitari sa  
pientes in eloquentie atque philosophie studijs nequeam in hac certe  
parte ipsis vestigiis inherero. Ideo te quis claro sanguine cretus  
et multa doctrina his fratribus singulare appellatio saluto. Et sicut julio  
cesari scribens cicero se anteponebat sic et tu equo animo feres eneam  
tuum in ipso primo epistle angulo intueri quia non arroganter sed ve  
teres imitantis est quorum ignorantiam modernorum scientie prefero.  
**N**unc quid ex te velim paucis accipe. Retulit vir mitis et michi am  
icissimus ymo alter ego michael phullendorhus te pluribus libris ha  
bundare quoque nomina etiam michi prescripsit. Inter quos nonnulli  
sunt quos visere cupio non quod antea non perlegerim sed quod diu illis ca  
rui. Et sicut amicus post magnam temporis intercedinem auditus est  
amici videndi sic michi cupiditas est contubernales illos meos quibus  
minium priuatus fui in domum recipere et per aliquod tempus esse cum  
eis. Hoc potest michi postare humanitas tua ut me michael instruxit  
Est enim apud te ouidius de tristibus de arte amandi et amoris reme  
dio. Therencius quoque comicus et Iheronimus in epistolis. Quos tam  
expto relegere quod nunc paschalem adesse diem ut piscibus atque oleri  
bus et oleo semotis vesci carnis possim. Quod desiderium si tua benigni  
tas implerit magno me tibi nexu retinebis omnium. Erubesco dum

hic scribo Namque cum nulla inter nos usura precesserit nullaq; notio  
temerarium quodammodo videtur me beneficium ex te petere Quis  
quis enim poscere aliquid cupit ante omnia sese debet metiri et an  
impetratu sit dignus rigida trutinare censura ne postulatis carens/  
et damno et ierihone multetur Sed neq; hoc ego pretermisi Hunt  
enim nonnullae rationes que michi spem faciunt te meis votis annui  
turum quas breviter tibi exponam ne me temere atq; in consulte mo  
tum iudices Omnes qui libros cumulant aut oblectari illis et fieri  
legendo periciores cupiunt aut videri amatores sapientie volunt/  
ut transeuntes per viam digitalis monstrarentur His sunt quia magnas  
et preciosas habent bibliothecas in quorum pluteis aristotiles / pla  
to / cicerio / seneca / virgilius / liuius / plinius / et omnis vetustas de  
litescit / Priores quidem ut gaudium perfectum habeant opuscula  
communicant commodant et in commodatum recipiunt transscribi  
perniunt / et tanto magis exultant optum vulgatoria sapientum  
virorum volumina conspicantur / Alij vero tamq; thesaurum libros  
recondunt et corodi potius tinea et opizis muribus q; in apertum  
dare volunt / Nec tam diligenter vellus aureum draco custodiebat /  
aut adiutum oculi cerberus / q; isti suos libros quorum dumtaxat  
marginibus et aureis bullis oblectantur / nunq; quid interius sit  
aut legentes aut intelligentes Quid si tu ex his es / nunq; vel tibi  
scribere vel te alloqui temptassel Sed aiunt omnes q; te norunt simi  
lem illis piozib; esse / qui poetas et creatores non ut in tetto car  
cere claudis / sed ut ad tuam et communem utilitatem publices eme  
re congregarez studes Aiunt preterea te fore in omnibus rebus li  
beralem benignum munificum et tum in omnes homines tum in eos  
qui tuorum studiorum amatores sunt largum atq; beneficium His  
ergo allectus moribus decreu has meas litteras ad te dare / teq; hor  
tarri rogare obsecrarez ut per aliquod tempus in vsum meum ora  
tores et poetas quos prescripsi venire perniitas / quoniam ad te michi  
lo piozres reuertentur / sed potius per timentia prata et floridos agros  
verno tempore transeuntes meam postq; confabulati aliqui tisper fue  
rint / tamq; recreati alaciores te repent / Quia nullus est tam gratis  
locus / nulla societas tam iocunda / cuius non aliqui emergat sauetas  
Missos igitur illos fac / vt non solu m h; vt iphis etiam geras moze Ad  
hec accedit michaelis q; apud te est familiaritas / huic etiam placebis /  
et his vadem cum ticio cui obseruantissimo se dabit / libros non iuroz

esse finistrosum/sed ad te pura fide remeatuos. Abdo et tertium/quoniam mihi etiam libri sunt quorum te potero cum voleas perticipem facere et sic vicissim tu meis veteris codicibus et ego prefuerar tuis. Ut ergo finem epistole donem/credo ne non esse stulta petitione vsum/si id postulo quod moribus tuis est consentaneum concedere/si tu te michi potes annuire si tua etiam in eo versatur utilitas/si non solum meam sed etiam michaelis amantissimi tui commoditatem promoueo Tu fac ut ratione potius obtineam/que ceca fortuna repellar/michi que ut mancipio impera. Datum in noua ciuitate austrie quanto pdus apirlis. Anno dō minj. 1228.

**V** Qualis debeat esse princeps et cui scribitur in singulare numero.

**E**nreas filius dypd Illustrissimo principi domino sigismundo austrie duci tirolisqz comiti domino suo. In cesaris curiam pro primū migravi magna me cupido incessit tibi ut aliquid scriberem/sed veritus sum nostri seculi moreni cui michil placet nisi qd est sui simillimum. Omnes hodie fere qui scribunt quis vnum alloquantur/numero vtunqz plurali/tamqz multiplicando psonas plus honoris adiciunt reverentiores videantur. Que osuetudo late in germania patet/et apud ytalos aliquid viguit. At postqz franciscus petrarcha omisso temporis sui squalore prisca cepit eloquiam imitari pleriqz sic loqui placuit ut castior etas locuta est veterum. Venit ex grecia post hec iohannes crisolores qui constantie sepultus est vir plurium itarum cuius maiores certi rome constantinum magnum post translationem imperij bizantium que nunc constantinopolis dicuntur secuti fuerant. Hic ytalos iam scobrosi et obuoluti sermonis penitentes/non tamen plus habentes luminis pro franciscus intulerat ad veram eloquiam reduxit Ita ut similis videatur hodie ytalorum facundia illi que octauianis temporibus viguit/si quis leonardum aretinum/guarinum vero nensis/pogium florentinum/arihpam siculum/anthonium vicencium/et alios legerit qui nunc viuentes apud ytalos florent. In quibus et tulliane fluminis eloquentie/et lacteus titi liuij patanini riuius elutet. His nunc eos ad quos scribunt singulari compellant numero. Qui tam grecos pro latinos sic locutos fuisse commemorant/sicut ysto erat ac demosthemis et ciceronis et mecenatqz epope ad maximos viros scripte testantur. Nec gentiles solum sed eos quos colimur/acos veneramus sanctos viros imitari se dicunt iheronimū ambroshū augustinū gregorius.

rium/qui non solum homines/sed ipsam diuinam que omnia nutu suo  
regit maiestatem adorat seruomibus/presta inquietum da fac concede mi-  
serere largire/qui tamen multo ornatus pluralitate ut nouissent pro  
nos/sed visum est illis recte loquendi ducibus ornatum omnem atque  
leporalem confundi/si ut modo sic locuti fuissent/Hoc ego quoque consen-  
tio nec meo nomine scribens aliter propria compello At te tamen da-  
turus litteras quid agam subdubito/veritus ne tuorum hominum  
plus consuetudini tribuas pro meo iudicio Et arbitratris fo:bita regi-  
bus et principibus non aliter scribendum esse pro ipsi prescripsierunt  
quibus mos est ut pluralitate/mandamus enim inquietum/wlimus/  
facimus/sed hoc quod ex humanitate traxit originem nefas est ad iac-  
tantiam dicere/reges namque scribunt ut qui dominatum habeant/ut  
quicquid eis placeat legis vigorem habeat Ea tamen moderatione  
vantur cum scribunt ut precipientes aliquid ne se solos videre velint  
fecisse/sed cum aliorum consilio Nec te moueat quod principes inferiores  
scribentes superioribus pluralem numerum tanquam superbie somitem obi-  
ciant siquid ad cesarem imperij principem misse littere manifestant Hoc  
bit enim dux mediolani supplice peto rogo/me vestre maiestati commis-  
sum facio Nam et hoc rationem habet aliam pro arbitratris Et quod infe-  
riores potestates a superioribus diriuantur non ab te pluralitatem est  
poni cum inferior scribat/tamquam dicat inferior ad te loquens O super-  
iorum alicum vice ut non possum quia tu illos michi commisisti quos  
erga alios represento/erga te minime/quod tu illos et me presentaas Quid  
vero regibus ac magistratibus consuetudo sit pluralitatem offerre/me  
hil te vegetat/nam id est quod stomachabar modo/qui enim idcirco plu-  
ralitatem principibus dedat ut ipsi ea propter moderationem videntur/  
non honorare hoc est sed deprimere atque contempnere/tamquam nil ipsi sine  
subditis queant/quibus si vellemus reverentiam impetrare pro ipsi mode-  
te faciunt/nos honorifice ageremus Nec enim quia romanus ponti-  
fex seruorum dei se seruum appellat/ idcirco nos sibi scribentes eundem  
sibi reddimus titulum/sed pro seruo seruorum patrem dicimus patrum/  
Hoc fortasse nimium longe sunt repetita principio que me a proposito  
remotius abduxerant/Propero tamen huius factum esse ut vel mecum  
senties/vel sequenti magnos doctores michi des veniam te singu-  
lariter alloquitur Quid si alia ratione non facies/tua tamen singularis be-  
mignitas/et innata te mouebit humanitas/Nunc quid sit quod  
maluerim scribere absoluendum est Namque cum in hanc patruelis  
tui cesaris curiam veni/multa nichil de tua praestati virtute sunt dicta/

Allius benignitatem preciuam refetebat / alius mitificam honestam atq; modestiam / alius prudentem ultra q; etas ferret te predicabat / alius te liberalem et iusti amantissimani affirmabat / alius quod raro inter huius etatis principes reperitur te latini sermonis obseruantissimum commemorabat / quibus ex rebus et mirari te simul et amare cepi / et tanq; monstrum putabam adolescentem principem tot virtutibus elucescere / Non tamen statim credulus fui / nec omni vici prebui fidem / Accessi alios / percutatus sum universos / reperi omnes uno ore loquentes Nec apud me ista satis Adhuc lateri tuo / et inter coro nas nobilium tamq; exploratori ingressus / mores tuos dum adhuc me ignorares sum speculatus Attendi gestus sermonum / vultum perlustravi / vidi modestam incessum / latinum incorruptum / Notam famam res ipsa vicit / Non potui michi non credere / sed oculos meos et aures tuarum virtutum testes admisi / et earum factus sum predictor / quarum ante fueram inquisitor / Nec me ista in assentatorum modum referre censes / Ante omnia enim tibi suadeo ut omne genus adulatorum quasi pestem teterim fugias / et nullos homines magis detesteris q; eos qui tibi blandiuntur / qui te coram laudant / qui omnia que facis probant / qui vbi negas negant / et vbi affirmas affirmant / Ayunt ayo a pudicentium inquit gnato / Et iuuenalis Si dixeris / estuo sudat / Nam hoc est genus hominum pessimum quod principes maxime deicit et precipitat / timendum non solum adolescentie / sed etiam senectuti / Cur tamen te palam commendauerim non tacebo / Eluent sane in te quas commendauit virtutes / sed illas non retuli ut gloriaris / ut te iantes / superbias vel infleris / solum hec scribo ut custodias tantum bonum et serues et amplifiques hunc thesaurum / ut sic te habeas q; virtutes tue cum etate crescent et fias in dies virtuosior / Ne in vicium aliquorum incidas / qui boni fuerunt iuuenes et pessimi senes / et ut est in proverbio / bonus pullus mala gallina Ego enim cupio ut ex bono adolescentiae fias vir optimus / Quod eo tibi facilius erit / quo melius es nutritus Et sane debes ante omnia genitori tuo clarissimo principi grates referre / qui tuum animum excolendum putauit / qui te sub disciplina tenuit / et preceptores tradidit eruditos Hec enim duplex est hereditas / quam principatus melior / opes enim et potentatus et huiusmodi honores seculi / bona fortune sunt fluxa mutabilia cada / que ut fortuna vult huc illuc feruntur / Illa enim mortale genus quasi in ludo habet / et hunc depinxit hominem / hunc exaltat / nec ei magnum est ex figolo regem et rursus ex rege si

gulum facere / **Hinc** Juvenalis **P**i fortuna volet fies de tethore consul  
**S**i volet hec eadem fies de consule rethor **M**agnus alexander subac  
ta india ut opum posset ostenderetur orbulanum quemdam ad regni  
fastigium erexit / **D**iocletianus vero cum orbis haberet imperium /  
deposita purpura et fascibus / rigandis orborum oleribus / et plantan  
dis arboribus operam prebuuit / **A**t animi bona que sunt continentia /  
castitas fortitudo / iusticia / moderatio / intellectus / ingemum memo  
ria / stabili quodam nexu adherent homini / nec auferri a nobis nisi  
cum vita possunt **H**ec vere nostra sunt bona hec dum luce inter morta  
les fruimur vitam prestant sanorem / postquam migramus ex hoc seculo  
spem dant felicitatis eterne **C**um ergo has dotes natura tibi concesser  
it et parentis cura in te illas auferit / monitum te esse volo ut serues  
bonum quod est in te **A**d quam rem maxime necessarium censeo littera  
rum studium / quo iam iniciatus existis / **Q**uia tamen iam illas vi  
deris quasi aliquod iugum abiecisse / non erit ab te si te ad eas conar  
reducere **N**on enim ut aliqui arbitrantur idcirco principes discant lit  
teras / ut latinum scientes partcipare cum alienigenis queant **N**am  
et si hoc frugi est / alia tamen nobilioz ratio est / quoniam enim om  
nes bene vivendi norme litterarum studio continentur / ideo illas expe  
dit nosse **N**ec sat est imbibisse principia / nisi et ultra progressus fiat  
**N**euli tamen principes nostri plerumq; illa ad phos relegant / aut  
iuris interpretes / tamq; principes non deceat bene vivere **O**ro igitur te  
ne illis auscultes quoniam nemo in clarum vitum aut famosum pri  
cipem potest evadere / nisi cu nature dotibus adiunctam habeat doctrinam  
**O**mnes sane qui superioribus sculis clariuerunt principes studiosi lit  
terarum fuerunt **P**hilippus macedo / alexandro nato gaius est q; eo tempore  
filium habuisset quo florebat aristotiles / **N**ec alexander hac qua tu  
nunc es etate litteras a se relegavit / sed pfectus in asiam aristotilem &  
calistheneni magistros scui duxit / nec audire p;ham inter armorum stre  
pitum ac tumultus cessauit / **F**elix simicum si vicio vniuentie caruisset  
**A**chibia des et themistocles qui apud grecos illustres habentur studi  
oh fuerunt phie **E**paminundas thebanus qui grecie princeps est ha  
bitus non minorem litteris q; armis operam tribuit **T**ransfuso ad romani  
nos **Q**uid limatus quid eloquentius scribi potest q; ea commentaria  
que iulius cesar de se condidit / **I**s enim cum in gallia bellum gereret /  
diem armis noctem litteris dabat / **H**eres eius augustus & orationem  
solutam et carmen optime dictauit **E**xtantq; adhuc eius elegantissi  
mi versus in eneydos laudem / **Q**uid fabios cornelios aut catho

nes refetam/ quid de pompa dicam/ qui tam affectus fuit litteris vt  
egrotantem pessimum philosophum quis consul ipse non omiserit  
in rhodo visitare/Catho dum esset doctrina plenus/litteras grecas diu  
contempti postea propositi penitens/quod iuuemis spieuit/senex con  
cupiuit/Nec dubitauit semium suum litteris peregrinis imbuerere/q ad  
grecam volubilitatem os contorquere Recte hi quidem/qui et si princi  
patum haberent/dominarenturq populis/seruire tamen litteris vole  
runt Sed norant illi platomis vocem/que dicta diuinitus/tum a cyclo  
rone/tum a boetio refertur/beatas scilicet fore res publicas si rectores  
earum studere sapientie contigisset/que sapientia haud dubium ex  
philosophie fontibus hauritur/Tu fortasse fabulosa reris/que de anti  
quis sunt scripta/qui et in ocio negocium/et in negocio ocium diligen  
ter referuntur curasse/sed hanc opinionem possunt tibi auferre nonnul  
li viuentes/qui et si rei publice presint q munera regant arduissima/  
disciplinas tamen non negligunt/Leonellus marchio exten tam ele  
ganter scribit ut nichil inter eius et ciceronis litteras putas distare.  
Similia de marchione salicularum dicuntur Marchionis mantue filij/  
et arma tractant et litteras colunt Alphonsus rex aragonum cui et ci  
cilia paret/et ytalie pars obedit que olim magna grecia dicebatur/  
qui tociens victus tandem vicit et aduersarij fortunam in fauorem  
sui conuertit/nunq in castris est sine libris/quocumq it bibliotheca  
sequitur/huc in tectis est huc in tentorijs/singulis diebus aut legit  
aliquit aut audit Egredior ytaliam et penitus tcto diuersos celeb  
tannos petam/Ibi dux est cleosestrie/qui regnum quod modo angli  
cum dicimus pluribus annis gubernauit Huic tanta litterarum est  
cura/ut ex ytalia magistros asciuerit/poetarum et oratorum interpre  
tes/Vides ne quia hoc seculum principes litteratos admittit/Inter  
hos et tu poteris numerari/si quod cepisti studium fueris prosecutus/  
Nec enim ideo litteratum te dicam q latine pronuncies Non q si hoc  
pulcrum est/corius tamen et picis datur victo anthomio cum rediret  
octavianus/edictus latinum corius inquit/salue auguste imperator  
cesar Hinc perianum illud quis expediuit/phitaco suum chere picasq  
docuit nostra verba conari/et addidit causam magister artis ingenijq  
largitor venter/Quid tamen tibi videtur cum rem hungarus aut  
ytalus aut gallicus/latineq fatur cum tu adolescens illos intelligas/  
alijs senes tamq surdi astant Pulchrius tamen erit et tunc te lit  
teratum vocitabo cum oratores intelliges/cum philosophos nosces/

cum poetas suapte percurres / Hoc tibi fortassis grande videtur et arduum nimis / Haud sic est Nolo te noctes diesq; libros volueret / sed vnam dunitatet cuiusq; diei horam quam exposco litteris / Illud autem certe tibi esse volo ut doctus sit quem audias / et prudens quem sumas magistrum Nec te vana titulorum ambicio fallat Non enim propterea doctore est aliquis q; magisterij nomen aut parvus est aut athenis sortitus Ille autem peritus est qui naturali preditus ingenio / vigili cura perscrutatus est magistros artium auctores / qui cum multa vide rit atq; lezerit librorum volumina tum memorie platinia commenda uerit / qui non solum diuinis litteris / sed etiam secularibus sit imbutus Ex his vnum apud te velle degere / quo cum pro tuo loquereris arbitrio / qui tempus docendi non ex se sumeret / sed ex tua voluntate / qui cum velis legat / qui cum nolis taceat / sed tuum erit singulis diebus velle aliquid Namq; postq; biennio hunc modum seruaueris nimis plus te lucri ex lectione contraxisse putabis q; si provinciam aliquam sis adeptus Ego quidem laudo edes tuas militibus plenas esse huius enim sunt qui tutantur patriam / et decorum est armorum gloria principem nitere / sed nullum apud te esse virum doctum / nec laudo nec probbo Hic autem milites pascis / ita et doctrinarum institutores nutrire posses / qui te iusti et iniusti differentias et limites edocerent / vtrumq; redderent ex omni parte perfectum Non decet te illos sequi q; sumptus minuant / doctores excludunt / leones tamen pascunt / sic aut illud Juuenalis Non habet infelix munitor quod mittat amico qn filie quod donet habet / nec defuit illi / unde emeret multa pascendum carne leonem iani dominum Et pronice subiungit Constat leuiori beata sumptu / nimis et capiunt plus intestina poete / Dume igitur tibi grandis doctrinae aliquem virum / nec percas expensis vbi ingens redundat emolumentum Edicam paucis ne litterarum utilitatem contentas / postq; enim viciles attigeris annos hoc tibi honoris et comodi erit ut te in concilio loquente ceteri sileant cum tu unus plus omnibus sapias Nemo te decipere poterit Nemo dicere audebit / hoc equum est hoc iniquum nisi verum id esse manifeste cognoverit Di q; plumperit in honesti aliqd suadere presto etis rationib; difutare Di aferi volueris pp'm quo pacto loquendum sit breue te insituent Di aut laudate aliquem aut vituperare volueris / et quintilianus et ciceru te docebit Di bellum suscipiendum erit et armis opera danda / Degecius modum ostendit / et liuius et qntus curius et iustinus et lucius florus

et suetomius et salustius crispas et historicorum cineus In quibus et alexandri magni fortitudinem et hambalis calliditatem et fabij versaci as et hpiomis prudentiam et julij cesaris disciplinam militarem seruo ris et marcelli audaciam et iugurte sagacitatem et omnium q̄ res belli cas gesserunt artes inuenies Nunq̄ tam multa experiencingo videbis p̄ multa legendō perdisces Di quomodo rem publicam gubernes scire volueris legendi erunt tibi politicorum libri quos aristotiles composuit et leonardus aretinus latinos fecit Veterem autem translationem tibi nequaq̄ assumes quia et eloqtiam viciat et intellectum nimis vexat Ad regendam familiam et teipsum utilis erit yconomica ethicaq̄ aristotilis tum de officijs cicero et epistole senece omnesq̄ libri iphus Quomodo regenda sit vrox script fransciscus barbarus vnetus quomodo libri educandi plutarchus quomodo te coram amicis habere debeas et quomodo in senectute arpinas cicero Idem quoq̄ de mox tis contemptu aliarumq; passionum script in tusculanis Morales virtutes quomodo amplectende sint et h̄i quos modo retuli auctores et post eos macrobius habunde tradiderunt Vis agriculturam cognoscere virgilius georgitorum te admonebit Vis orbis situm mentis oculis perlustrare et diuersarum prouinciarum situs ac mores intueri et quid queq; regio ferat et quid queq; reuulset assit plinius de naturali historia assit ptholomeus solinus phidorus hispalensis Vis ce li sidera et planetarum cursus et grandinis et pluuiarum et fluminis causas scire ad aristotilem redito senecam virgilium Vis regum mores et fastigia principantium persecutari senecam in tragedijs legito Vis plebeos homines et milites glriosos et lenonum indias et seruorum deceptiones ut evitare illas possis intelligere plautum tibi et therentium assumito Vis quando fulminanda sunt vicia edoceri oratius juuenalis et perthus in promptu sint Vis pastorum consuetudinem cernere bucolicum virgiliu num habeto Vis fabulas genij et fastos et tristium miserias et amancium epistolas et amoris remedia nosse Naso te versibus erudit Nec stacius tebaydos vel achilleydos inutilis erit senten cij grauibus vbiq; refertis Post hec vero fies perfectior Et cum de religione cogites cum de salute anime Iheronimi libros euoluens Augustini ambroſij gregorij lactancij cypriani leonis scripturam sacram semper domi habebis et nunc vetus nunc nouum intueberis testamētum Hec que nunc scribo si quis extra ytaliam doctus legeret me

maxime argueret / q̄ inter auctoꝝ legendoꝝ non numerauerim hugo  
nem de sancto victore / alexandrum de halis vel magnum albertum /  
vel petrum blesensis et nycolaum de lyra et alanum et hanc nouorum  
turbam / Sed tu caue non istos audias Nam et si docti sint Juueni  
bus tamen committi non debent Ego tibi suadeo quod per me rectum  
puto / nec somnio / sed viro a totius ytalie peritissimos in hanc senten  
tiā habeo concurrentes / Crede michi nichil discendum est quod dediſ  
cere oporteat Sed illis in auctoꝝibus te exerce qui sunt probatoꝝes /  
Discipere namq; semper optima debemus ad ynitandum / Tu ergo  
hos sequeris hos audies hosq; leges quos tibi prenominaui si vis  
et multarum rerum scius et princeps toto in orbe singularis et mi  
randus habeti / Inter viuendum tamen non suadeo ut conuentus ho  
minum fugias nec te solitarium esse volo nisi cum meditari aliquid  
volueris et in secessum mentis progredi ad aliquod tempus / ymo  
suadeo ut sis affabilis et communis omnibus ut te videndum pre  
beas ut nunc hos nunc illos alloquaris ut consilia ingrediaris ut  
conclaves a deas ut populo te exhibeas et per te loquaris Dico namq;  
frugi esse que homines litteris didicerunt experimento comprobari  
Nec ego hos homines laudo qui sic se litteris dedunt ut res ceteras  
peruisfaciant / qualem fuisse democritum dyogenemq; constat / qui si  
bi dimitaxat vixerunt Ili sunt omni laude et precomio digni qui  
et rei publice seruierunt et litterarum studia non omiserunt Intuere  
platonem et aristotelem et demostenem et iulium et ciceronem et  
pliniū et metenatem et augustum H̄i namq; quod ex litteris hau  
serant in administranda re publica exercebant Idem et tu facies si  
vir et princeps optimus esse volueris / litteris suum tempus / et suum  
rei publice dabis Nunc iudicium facies / nunc tenebis consilium / nunc  
arma tractabis / nunc rem familiarem conspicies Et h̄iis omnibus  
quid littere valeant experteris Et ocij utilitatem cum negotijs com  
modo coniungens / miram omnibus de te spem facies / et vel solus / vel  
cum paucis orbe toto mirandus habeberis princeps Nec te splendor for  
me tue qui est egregius / nec vestes auree aut ornamentum crinum  
et equorum pompa tantum honestabit / q̄ tam ipsarum decor littera  
rum / et virtutum fama / quarum facies si videri possit pulchrior est  
q̄ lucifer aut hesperus Ad hec autem sicuti michi videtur tam tuap  
te incensus es / Cum enim subditū tui nuper ex athei venientes ma  
iestati regie supplicant ut te ad regendam provinciam mittetet .

**N**on sum dixisti adhuc abeo maturus ut gubernare patriam possim  
Digna vx que tuo p̄gredereſ ab ore / et quam onmis laudatura fit etas  
Conuenit enim quid ferre reculent et quid valeant humeri q̄libet me  
ditari cum aliquid est gerendum / quia cum lecta potenter erit res hic  
demum recte se habebit / Nam ( quod bias ait ) magistratus virum os  
tendit nos rectissime de principatu dicemus In quo qui moderationem  
seruat dijs est q̄ hominibus similior Nec enim arduum est in pauper  
tate seruare continentiam / sed ut marcialis ait Difficile est opibus nō  
tradere mores / **M**agna peccandi facultas sequitur principatum / Adeſt  
irritamentum gule copia rimi et queſitor vndiqz ciboz et laute gloria  
mense Ut verbis vtamur lucani / sunt mulieres formose que tum oculis  
tum verbis tum osculis tum amplexibus adolescentuloz mentes et oculi  
los fascinant Assunt corruptores adulatores ioculatores hystriones q̄  
arcem adolescentie vndiqz nituntur expugnare / Ille avaricie cultor ve  
nale in iusticiam facit / suscipe inquit hoc et commēdatum habe / qui dat  
per liberalis est / et habet multum quod det / Alius ad itam preuocat In  
te inquit peccauit **T** suscipe gladium / vindica scelus / tu ne p̄n  
ceps q̄ iniuriam feres quam nec priuatus impunitam relinqueret / Ali  
us inquit / mulier formosa te amat / et amore tuo moritur / Cur non com  
pateris et misereris adolescentule et gaudes cum ea / Camus venatum  
ait vir robustus / quid torpes / ceruoz greges et aproz clausi sunt / spec  
taculum tibi prebebo Veni mitte hos senes res publicas tueri / tu letus  
esto dum tempus fert / At hi quibus in palato viuendi est causa / quid  
stas inquiunt princeps Iam epule allate sunt et frigescunt Veni dum  
accipiter calidus est / et anteq̄ fumare lepus definat / squilla est optima  
et aper et boletus in mensa / quid stas et voluptatis tantum amittis /  
Multi via suadent pauci virtutes / quid facit adolescentis cuius etas  
parum per se roboris halet et cuius animus a natura proclivius est in  
libidinem Vix grandem homines resistere tot blandicjhs poterunt ne  
dicam adolescentes / Sed aiunt aliqui / Confilium habebit princeps /  
maiores natu astabunt / quid sit agendum censemunt primores pa  
trie / scitum est / Sed omnes qui principem coronant facere illum sibi  
amicum student / et non que sunt apta sed que iocunda putant in con  
ſilio dicunt Et nititur per se quisqz ut carioſ fit Nec est qui libera profe  
rat animi verba / et q̄uis pars bene consulat / liberum est adolescenti  
quos vult sequi / et quia inexpertus est parum penſi habet / non qd expe  
dit sed quod libet plerumqz amplectitur Et quippe q̄admodum fert

opinio et maturum principem esse oportet et suo consilio freatum/aut  
adeo ruidem ut in modum trunci nichil per se disponat sed quod maior  
pars suadet executioni mandetur Nam qui aliquid scit minus tamē  
q̄ satis periculosus est rei publice et imperia sepe subuertit/cum non  
ad rationem sed ad libidinem regat Hinc est q̄ in libris regum puel  
lum octo annorum bene rep̄isse reperimus/huc i⁹ septem annorum fuit  
ioas filius ezechie/non enim is rex/sed eius satrapē regnum adminis  
trarunt Est autem principatus irritamentum quoddam vicorum/et  
admodum pauci reperiuntur qui non abercent cum frenis omnibus  
sunt soluti A saul usq; ad zedechiam nouem et triginta reges in iuda  
et israhel fuerunt Inter quos solum octo boni numerantur/reliqui re  
tro ignati/imperiti/indicti/impotentes/auari/superbi/iracundi/crude  
les/libidinosi/adulato:um/et stulticie serui/qui abitione nescio qua  
effrenata tamq; ad pestem mortalium natū ydolis seruientes bellis sem  
per indulescunt/pacis et ocij hostes fuerunt. Et h̄i tamen in populo  
dei regnabant/et horum pleriq; per seruos domini prophetas fuerunt  
vnci Nec salomon q̄uis scientiam et sapientiam a deo fuerat assecu  
tus perseverare potuit/sed adamauit mulieres alienigenas/et h̄i⁹ co  
pulatus est ardentissimo amore Fueruntq; ei uxores quasi regne sep  
tingente/et concubine trecente/et auerterunt mulieres cor eius vt se  
queretur deos alienos Nec dauid q̄uis electus esset a deo vijs ca  
ruit siquidem et homicidium simul et adulterium perpetravit quod non  
fecisset vnde pastor erat/sed eum licentia regni prouocauit Quid ali  
us faciat cui minus est roburis/quid iuuenis/quid adolescens An est  
aliquis qui annis teneris dominum censeat committendum cum sepe  
robustior etas sub illo deficiat Pudenter tu quidē qui patrueli et san  
guini tuo potius q̄ alijs credidisti/nec dominatum prius suscipere q̄ pe  
ticiam voluisti Alius fortasse aliter fecisset/qui opinione inflatus sui  
quid ad me dipisset obedientia ista/ego iam liber esse volo Jam scio bo  
num et malum/quit melius est q̄ impetrare/dicam illi fac et facit Jam  
vt euolem tempus est/sic dedali filius/ut est in fabulis egit Namq;  
cum pater alarum remigium sibi et filio certa et pice coaptasset vt la  
borinti carcerem fugerent/liquidum pecijt aerem/et sequere me inquit  
pcate nec a me quoquam recedas Paruit ille tam diu quo ad timor  
artis mansit ignote Dbi vero iam se volandi aptum putauit/nec se  
amplius rectore credidit indigere/iussum patris egressus percussis  
amplius alis vagari cepit et modo hoc modo illuc discurrens ac cen

tino altius euolans regionem igniferam attigit / ubi dissolutis alarum compagibus et omni penna solis ardore perusta / ruinam fecit et nudus in mari cecidit quod adhuc eius nomine vocatur perarium / Prosequar iterum fabulas / Pheton filius phebi patrem rogauit sibi ut quam peteret rem concederet Iurauit per stygem pater se nichil negaturum / Filius currum solis sibi regendum committi postulauit / penitus phebum promissi scientem tanti regimini impotenter natum / sed quia iurarat negare non potuit / quis cycero in officijs hoc iumentum potius rescindendum putasset / Ascendit pheton currum gloriabundusq; loca recepit tumq; et se regem et deo similem arbitratus est Vbi vero ad medium celi est ventum cum solis equos inhibere non posset illiq; vagarentur / et mundus omnis ignibus conflagaret / ious fulmine ictus est et in etidanum precipitatus / Hisce figmentis admonent q;libet poete ut ante q; prehit et dominetur / vites suas rigide metiatitur / ne sub pondere ruat / quoniam onus est non voluptas alijs imperare / si modo id volumus cum ratione efficeret / et in eum finem regere propter q; teges sunt instituti / Leges romane que ab athemensibus et spartaniis quas tradiderunt licurgus et solon sunt orte / pueros usq; ad annum quartumdecimum sub tutela esse voluerint / post hanc etatem in annum viceimumquartum curatores adolescentibus dabant Nam ante hoc euum infirmam censebant etatem Cam ob causam cum duo scipiones et carthaginensis in hispania fuissent occisi / et hamibal armis ytaliani premeret / iterum se scipio africanus maiore reppromittens diu per senatum reiectus est q; quartum et viceimum dumtaxat annum esset natus Tandem cum esset aliis nemo qui se diceret profectum provinciam / necessitate magis q; voluntate senatus optinuit / Carthaginensis eorum imperatore defuncto hamibale imperium filio qui iuuenis erat committere reisarunt Nec hamibal prius dux per omnem creatus est q; han no esset occisus qui patri successerat / Rex numidie masinissa filius suos moriens qui iuuenes erant romano populo presentim cornelie familie commendauit / Quid tibi gentilium gesta commemo ro / Prohibent sacri canones ante viceimumquartum annum fieri q; q; presbiterum / aut pontificem ante triceimum / Referamus aliquid ex veteri testamento nam et ibi quoq; concilia iuuenum ad regimen patrie immatura vident / Portuo salomone qui super duodecim tribus regnabat / venit filius eius roboam in iherusalem ubi congregatus erat omnis israhel ad constitendum eum regem / et dixit multitudo Pater natus

durissimum iugum imposuit nobis/tu quoq; nunc immine paululum  
de imperio patris tui et iugo durissimo et seruem⁹ tibi. **Q**ui ait ite ad  
tertium diem et reuertim⁹ ad me. **C**umq; abisset populus/mixt consi  
lium rex cum senioribus/qui responderunt. **D**icit obdieris hodie populo  
huic et petitioni eorum cesseris locutusq; fueris ad eos verba lenia/  
erunt ⁊. **A**t ille reliquit consilium senum et adhibuit adolescentes  
qui nutriti fuerunt cum eo/qui dixerunt ei **D**ic loqueris populo huic/  
**M**inimus digitus meus gro: hor est dorso patris mei. **E**t nunc pater  
meus posuit super ws iugum ego autem addam super iugum vestrum  
**P**ater meus cecidit ws flagellis/ego autem cedam ws scorpionib⁹/  
fecitq; sic/et irritato populo recesserunt ab eo decem tribus/qui consti  
tuerunt sibi regem hieroboam filium nabath/cislusq; est israel in ppe  
tuum/qua in expertus rex consilia iuuenum recepit. **N**elius fuerat il  
lum infantem fuisse/nam tunc senes obtinuerent. **O**chozias filius iœā  
duos et viginti natus annos regnum accepit in israel et afflixit popu  
lum domini et fecit quod malum erat coram domino. **N**ec aliter se ha  
buit acham filius ioatham qui viginti annorum erat cum regnare ce  
pit in iuda. **N**emo peric⁹ manasses inter reges fuit/qui duodecimo  
sue etatis anno suscepit imperium. **I**milis ei filius amon fuit qui reg  
num vigintiduo etatis anno inchoauit/et a seruis suis propter scle  
ta quibus implicitus erat occisus est. **Q**uid ioathan referam et duos  
ioachimi patrem et filium ⁊ sedechiam nominem qui pertita iherosoli  
ma captus a caldeis/prius coram se natos suos occidi vidit/postea pri  
uatus est oculis. **H**ij omnes infra tertium et viceimum annum regna  
re ceperunt/et quoniam inexperti erant malum coram deo gerentes/et  
se et suos populos pessundarunt. **Q**uorum stulticie contraria est ado  
lescentia tua/que licet q̄ptum in hac etate potest esse prudentie sortita  
sit/specioꝝ maximam de sua sapientia prebeat/non tamen prius ad re  
gendam provinciam mitti voluit/q̄p robur etatis et rerum essequere  
tur experientiam. **S**ciebas namq; sapte in genio quoniam non recti  
rus sed regendus ies/quoꝝ sub patrucole tuo cesare nostro sapientis  
fimo potius q̄p sub alijs tollerate voluisti vt interim dum etas crescit/  
regiam maiestatem secutus inter his consilijs/iudicia noscas/res ae  
duas videas/viros sapientes audias/in dies fies rerum experi  
entia doctior. **A**t cum hijs seruandum est quod supra dixi/ut tem  
poris aliquod spacium concedas litteris que reliquas virtutes tu  
as condiant et illustrent/quibus si fueris vt spero in futurum ri  
te imbutus/cum ad regendum venies non par alijs sed omnium

principam eris speculum / teq; vicini omnes suarum litiū moderato  
rem et arbitrum facient Et quādmodū ad visendū sapientiam sa  
lomonis regina saba et alij orientales concurrerunt / sic te totus occi  
dens venerabitur et septentrīo / et ad famam tue prudentie infiniti vi  
suri te vēnient Eris enim quasi iohas aliis filius amon / populum tu  
um recte gubernans / nec ad dexteram neq; ad sinistram declinans /  
Age insuper princeps optime et adolescens clarissime dum tempus  
habes in auctō litteris / edisce scientiam et studio te prebe Nec tibi sit  
cure si res aliq; in athesi sunt innovatae Illas enim patruelis tuus  
componet et pro sua eximia tum sapientia tum bontate pacabitur /  
teq; cum tempus aderit et dominio & virtutib; auctum remittet in  
patriam Interea reginen recte illi commissum est / q; a indiget athesi  
regio fauore propter finitimos plures qui tuis indigent terris et a  
pertis faucibus expectant quomodo tuum possunt patrimoniu deuora  
re / nec aliud videntur q; nomen regium imperiale inq; dignitatem Et  
licet nonnulli aliqua in presentiarum tomant / melius tamen regio  
q; da cali nomine compescantur / quos si tu regeres / adolescentiam con  
temnentes tuam acerbius affligent terram / Sed mitto hec quia tu  
scisti quid esset agendum / et te regi commendasti / Neum est te hor  
tarū vt litterarum q; ta sit utilitas q; tuisq; fructus noscens / non nichil  
hoc arum studio attribuas / quod iam tibi satis arbitror persuasum  
Non eloq; mea que nulla est / sed bontate tua / qui ab ipsa natu  
ra innatum habere videris amorem scientie Sed facio iam finem  
quia rumor vociferatio et strepitus in quo sum non fert vt plura di  
cam / Vivio enim inter clamores qui rumparent somnum druso vi  
tulusq; martinus / Unicum est toti cancellarie receptaculum cum  
plures sumus vnis in edibus commessantes et combibentes / Nec  
formice tam pressa in suis antris q; nos vna in auleola degimus  
Apes distincte cellulis in aluearibus delitescunt / nos vno in con  
clavi velud oves in ceptis alter alterum premimus Nec spueret quis  
q; potest mihi alterius communaculet vestem / tantumq; inter nos ser  
uamus silentium / vt picas in nemoreibus vel cornices / aut in palu  
dibus canas audire te sentias / Miror mei qui tantum tibi exprimere  
potuerim / sed hoc fortasse nimis est tibi / qui iam litteras quasi iugum  
aliquid abiecasti et nunc magis vcanus est ad studium q; trahen  
dus Illud michi molestum est q; ad te scribens inter vexationes  
plurimas perpolire nec potui quod ad te legi speravi At tu remi  
am dabis & loco e; ingenio meo quod tam cibes est vt nedum in tu

multu sed vir in quiete ornare queat qd scribit Vale iam tandem et me  
qntum cesar pmittit tium habeto. Ex gretz nonas decembriis. 1222.

**V**audat poeticam et iuris scientie prefert.  
**E**reas filius dno gwilhelmo de lapide militi literato et stren-  
nuo d p d Vem ad me hodie tuus michael ymo meus ymo  
noster. Et heus tu inquit enea vir ab hinc hora me aggressus  
est qui se tantam iuris periciam iactat habere ut nullius ytalici disputa-  
tionem formidet. Nec panormitano/nec ludouico romano si viueret pal-  
mam daret. Cimū bertolū baldū iohem andree ymoleū butriū fulgoshos/  
omnesq; nouos legum interptes post se facit. Inter sceuolas vlpianos  
neruas pomponios paulos seruiosq; se locat. Multoq; verborū est sed q  
tū salis habeat non scio. Qui eum sequuntur audire magis q loqui pnt  
Hocis amplius q quatuor scā fui/nunq; michi vacuū tempus pbiuit q  
aliquid dicere. Cicada est que vt tacta fuerit semel nunq; filet. Is poe-  
ticā ostennit/ nec si dī musas ei om̄s infunderet/grās ageret/quia pter  
legum periciam nullā esse scientiā pdicat. Poeticā vero proesus inutile  
esse ostendit que nec panem lucrat nec vestitū. Dolor iustumq; et ypo-  
crates marsupū implent. Jejun? cantat lucanus in ortis/et satur est  
cū dicit orati?/oe. Stomachatus sum dum hec audio wilhelme militū  
decais nec me ypmere possum qn bilem expuam/ si nō cū alijs saltē traū  
qui iudicū habes rectū. Non vitupero leges vt ille musas quis ouidij  
verbis vsus. Abolas leges dicere potuisse. Hunc em̄ vtiles/ostingit  
hoīm vitas/ et quia nō p̄t quilibet esse philosophus vt quid vitandum  
quidq; sequendū sit agnoscas edite leges sūt et ante omnū oculos posi-  
te tamq; cancelli quidā vltra quos ygredi nullus audeat. Legib; tamē  
nemo pfectus fiet nisi philosophie studijs incubuerit/quia nō possunt  
omnē casum yplecti leges. Ideo pnceps moderator legis eppykeyā ha-  
bet vt durā mollificet/laxam vero sanctiore restringit/qd nunq; recte  
pncipes ageret nisi magistrā vite/ex pultriceq; vicioz securi fuerit phi-  
losophiam. Sed hic noster monarcha vel bipes asellus poci inflatus  
opinione sui ciuilem scientiā omnib; pfert. Matrem filie postponit/et  
fluminib; mare. Is est ex illis cecis et obtusis hominib; qui postq; le-  
ges quatuor aut decē memorie amendarūt/iam non ampli? homines  
sed deos se putat. Legesq; diuina censem oracula que vel apollo vel ap-  
pollini maior deus ipse p moysem tradi derit/aut qualia sunt xp̄i respon-  
sa que nos euangelia nuncupam?. Ac ppter ea si quid egisse cesare au-  
diunt qd iuri scripto strarieſ/ id iuritū garciūt nulliusq; esse momēti/

quasi obnoxius sit princeps terminos artie et stilum seruare/ligatusqz  
legibus sit/quod nec ipse leges volunt/que legis vigorem dicant habe  
re quicquid principi placuit **D**ed nesciunt huius stulti atqz dementis e  
quitatem plus in principe locum habere q̄ rigorem **O**p̄ si non iuri scrip  
to cesar nonnunq̄ obtemperat/satis est quia sequitur equitatem apud  
philosophos late descriptam/quam nulli iuriste dissoluere possunt nisi  
ad fontem veniant unde leges scaturiunt/imitenturqz peritissimos illos  
iurisconsultos quorum scripta et philosophiam et orationem reddolent/  
sed nostri panis questores et aucti corrossores vix intelligunt ornatum  
iurisconsultorum sermonem/neqz quid illi vellent quoris pacto scirent/  
michi commentatores sententias textuum exponerent/hoc dicit ista lex  
hoc illa/quos isti sequuntur ut ceci ductorem suum **D**icerem pluta in  
hanc partem sed vocat me defensio poesis quam noster tabulus non de  
siderat **C**redo equidem nam nec sues margaritas curant/**G**allus esopi  
iaspidem contemnit/escamqz magis q̄ iacinctum inuenire volueret **C**on  
temnis asine poesim/spermis musas bos/fugis humanitatis studia ca  
per **C**ontemnet te poesis nec te intrare chorus suos permitte **I**n om  
nibus cum his fatuus miro: in hoc uno te esse sapientem/qui cum vide  
as obseratam tibi atqz abditam poesim/nolle te suum commercium di  
cis **V**apere hoc est **N**unc te philosophum video quia non cupis quod  
non potes habere **D**ultum est desiderare quod assequi nequeas **T**u ta  
men ultra p:ogredieris/scientiarumqz omnium splendorem vocas inep  
tias **V**idit pendentes aselli testiculos vulpecula et prope casuros credi  
dit/secuta est predam spectans **A**t postq̄ diu frustrata est quia non ca  
debat **O** q̄ inquit nigri sunt testes/nunq̄ illos esse potuisse **N**igra est  
tibi poesis stulta quia candorem eius obnubilat oculis non vides **N**on  
sapit egroti vinum quia Iesus est gustus **N**on est de pane lucrando  
dicas/tibi nunq̄ panem lucrari poesis posset/quia etassis ingenij nubi  
lohsqz mentibus non potest fructum prestare **A**t virgilio frugifer fu  
it **O**ratio ad modum pinguis qui frui partis optabat **O**pianus quia  
nomina piscium naturaletqz describit/magnas opes est assecutus **Q**uid  
noui leonardus aretinus **G**uarrinus aurifera panormitanus anthom  
us luscus pluresqz alij **H**ijs et patrimonia sunt ampliata et opes accu  
mulate q̄ plures quia poesim et orationem sunt secuti **N**ec tibi unq̄ tan  
tum aucti speculator pielebit optum quintilianus aretino tribuit **O**p̄ si  
apud tuam germaniam non sunt in precio vates/non poesim sed principi  
pes potius argue quibus levissimarum rerum magis est cura q̄ littera  
rum **A**pus ptalos autem florent huiusmodi facultates/nec erubescunt

princeps audite et nosce poeticam Idem spero quod tu nolles et in germania futurum aliquando quia et olim viros doctos hec terca tulit et iam plerosq; noui dicendi peritos qui te inuitio etiam si tibi rumpant pilia eloquentiam inter germanos seminabunt Nec enim inatellecentur ut tu assertis poeisim sciuit ex hac maximum gigni fructum Quomodo enim pacari priuincie et amicicie vel conflari vel integrari possent nisi factudia foret quam poeis alit An nescis quod est eplaz usus quod est hystoriarum quod est orationum Rex regi per leas conciliatur ciuitates federa percipiunt absentes cum absentibus fabulanter Historia nobis res gestas refert que testis est tempoz lux veritatis et vite magistra Orationes senatum regunt populos ducent leges suadent Sed quod hec bene agat nisi poeticis et oratorijs imbutis disciplinis Quas preterea grates referte homero delectant greci atque troiani qui iam duobus annoz milib; mortui adhuc viuunt Nouit quod sit utilitas poetarum alexander magnus cui per aliam iter facienti cum obuiam tumulus achillis fieret O fortunata inquit adolescens quod tanta decantauit tuba homeri scilicet musam designans Alexander amante filius rex macedonum pyndarum poetam liricum apprime dilexit Archelaus eius successor in tantum poetas amat ut euri pidi tragico consilioorum summam crederet cuius suprema non contentus prosequi sumptu funeralis crines tonsus est et merorem quem animo conceperat vultu indicauit Africanus prior quinti ennij statuam sepulchro suo iussit impomi Lysander lacephemoneus dux cum ob sideret athenas quia sophoclis inhumatum corpus iacebat inducias dedit ut congrue et digne poete exequie fierent Julius ille cesar qui nobis romanum imperium percepit non solum poetas amauit sed fieri et dici etiam poeta voluit Idem et augustus octavianus Ac propterea mortui viuunt nec nulla istozetas immemor erit Quod si non nulli principes equos potius et canes aere quod poetas volunt et multa carne leones velosq; pascunt intestinis poetarum nichil prebentes talis erit eorum obitus qualis equorum et canum nec post mortem maius erit istorum nomen quod vrbi atque leonis Integri morientur nec beneficio musarum famam sibi vendicabunt quas tuo ex more nichili curauerunt Antiquitas prouida tanti poeticam fecit ut tam poetas post editum opus quod imperatores post victoriam triumphare et curru magnifico duci per urbes voluerit Communeq; illis insigne praebuerit lauream quod sicut ab hostiis impatores liberant ciues sic via via fulminantes et virtutes extollentes poete ciuitates custodiunt et amplificant At tu maius alexandro magno llsandro virtuosh; melice scipione prudentior iulio augusto

Fortunatioꝝ / et omni antiquitate sapientioꝝ / mutilem poetica dicis / quia  
nil panis affert nil auri nil diuinarum Esto quod ait / non tamen id  
cicero legibus tuis poetica cedet Namque dum tu aurum petis / auare fe-  
cis amator / mundi cultor / poeta / honorem famamque querit / et cantas  
superum laudes / virtutisq; excitans amorem / iter hibi facit in celum / tu  
cum auro et diuinis quas sequeris / quasq; solas dare beatitudinem  
putas / in terra manebis et animam simul et vitam perdes Non est mihi  
crede cognoscere leges q; poeticam maius / scio quia non credis sed stul-  
ti credulitas non dat verum nec auferit . Cicero qui fuit lingue latine  
princeps semper poetas fuisse rares testatur / quoniam hec facultas do-  
num dei est quod non omnibus datur Artes cetere studio diligentia  
preceptionibus possunt apprehendendi / hanc nemo assequitur / nisi diuino  
munere predictis Tute vides iuristarum greges inter quos plures ex-  
cellunt habenturq; doctores et legum interpretes quorum mores nichil  
a brutis distant / qui res humanas minus q; capie norunt Tu non fate-  
bris hoc quia fortasse capioꝝ es capiꝝ / Ego polinum noui mediolanen-  
qui lumen habitus est iuris civilis Is facturus edificium magistros  
conduxerat / Trabes in edium medio erant quibus lacunar aule construi  
delebat / tempus cenandi fuit / ite inquit polinus architectis remedi-  
te ego interim aliquid operis faciam Illis amotis trabes metiꝫ / q; lon-  
ga ex pariete in parietem mensura recepta nec q; intra murum pars  
ligni esse deberet animaduertit / sciditq; trabes et perdidit edificium / Is  
tamen iuris preceptor erat / multisq; annis cathedrali reperat Quid in  
tu hanc disciplinam iuris tantopere laudas et omnibus prefers / cuius  
alii possunt esse preceptores Oratio atq; poeta si ciceroni plusq; tibi  
credere volumus nullus erit nisi et prudens et bonus multarum scientia-  
rum periculam fuerit assecutus / Atq; idcirco raro semper poete ratioꝝ ora-  
tores fuere In quorum numero facis sapienter si non desideras esse q;  
non potes stulte si contemnis q; fanti vice commendauerunt / Hec ad  
nostrum asellum sint dicta Tu wilhelme disciplinarum amator si vn  
q; hosce homines audiueris suscipte poetice partes / et ostende te huius  
diuini muneric cultorem / Vides q; facile sit has picas conuincere Nos  
tamq; pulices inter vngues comprome / nec hinc ut diuinam poetica  
que ut cicero tradit omnium doctrinarum est prior inuenta / pollutis  
arguant labijs Defende hanc pulcherrimam dominam / cui si prehdio  
fueris nomine habebis eternum / et non solum inter meas epistolras que  
tamen non sunt cito casure / sed inter scripta potius vatum inuenie-  
ris legendus / Vale et illustrissimo principi domino duci alberto me amen

batum facito Et quia scilicet eius es admone illum ne litteraz sta  
dia contemnat Iterum atq; iterum vale Ex wienna kl Junij 1551

**T**Huadet seruari aurum & priuata negocia com  
mendat.

**E**nreas filii iohanni peregallo scatri amatisimo D p d Recep  
tus eplas quas martin regie cancellarie notari attulit cog  
nouioz te bene valere quis mani marsupio debile sed illud qz  
aliquando implebit si spetata vino detur Cupis scire anthomius luscus  
in meas ne manus venerit venit et apud me est michi carissim tu ro  
go gras meo nomine prestati et facundissimo theologo francisco de fuce  
dicas meq sibi offeras quia non ero deses in omnibus quibus possum mo  
rem sibi gerere magniq numeris loco recipiam si quid me posse conari  
sciam eius desiderio gratum Munus qz stephani mihi redditu est hinc  
eisdem scribo aureos illos quatuor quos velle per barbatum mittere scri  
bis suadeo ut apud te habeas quia multa possunt occurtere propter que  
illis in mea causa opus sit Dicis quia tridentina penda impetrat tuqz  
defensor es cause Nichil est q absq argento romana curia dedat nam  
ipse manu impositiones et sancti spiritus dona vendunt nec peccatorum ve  
nia mihi nummatis impendit Per tua igi aurum ut cu opus sit presto  
reperias De officio scriptorie cognoui tuum scilicet mitto procuratori  
um tibi ut illud qti pluris potes vendas Circa preposituram mediola  
nen quid suadeas plane percepi laudoqz sententiam tuam sed nescio  
an fieri possit quia non haleo promotores Si obedientia restituieretur  
concilio vellem te causam inchoare quia tua res erit si poterit obtineri  
Qz reservationem expedieris super beneficijs ecclesie tridentine admo  
dum probo Cupio enim ut illic sis ut cum quiescere velimus vna illuc  
semium peragamus cum francesco nostro qz illius propositum muta  
tum vereor qui bellum timens illinc tibi nec postea reuersus est et for  
bita cum uxore potius qz cum ecclesia viuere cipit Qz si sic sit vellem  
suum presentes animum ut de suo conatu aliquid inuicem consultare  
mus si qd tibi et michi possit conducere laurentius corella noster Pre  
posituram pingue in administratione receperis in patria etiam aquile  
gian intenditz illuc religionem ppter si possessione nancissi possit Ego  
qa sibi fauori sum suah ut ante canonicatum tridentinum tibi resignet  
michi vero ipse suapte vult ecclesiam parochiale resignare Si res  
athelis in norenbergia haut credim compontant aliquid boni poterit  
nobis euenerit Ego non definia sic te pmouere ut meipsu qa meritus es

Reuerendissimus dominus aquilegiensis in extremis laborat / parua sue  
vite spes est / minor sanitatis / exanguis est / spiritus iam non corpus vi-  
det In ecclesia brixiensis quid optet rex scitis omnes / rogo consulo sup-  
plico / ne plus athelesinis q̄ maiestati regie auscultetis / quia in nozember  
ga nulla vox est athelesinoꝝ / regis autem nutu omnia fient / Nolle alii  
quid fieri quod mentem regiam perturbaret Nos in breui ascendum?  
quia iam inducias hyemales cum rege polonie et hungariorum sibi obedie-  
tibus nacti sumus / nec aliud in presentiarum agimus q̄ nos vie accin-  
gere / Nichi iohannes amantissime bene est / bene habeo et bene spero qd  
michi non tam mei causa iocundum est / quia paucis essem contentus /  
q̄ ut tibi et amicis ac necessarijs ceteris possim aliquando pdesse / An-  
dream pauigalium jacobum cernerium gasparem nouatiensem guarinū  
veroneñ julianū romanū et in primis franciscum quadratum meo nomine  
saluos dicio et vale optime ex wienna kalendis junij Anno . ixxx.

**D**olct pro laurencij captura et mortem cardinalis polo-  
ni commemoarat.

**E**neas filius Johanni peregrino scriptori apostolico **S**p d Ob-  
signaram tibi has litteras / nuncioꝝ in crastinum committere  
animus erat / sed accidit inopinatus et acerbis casus qui et e  
pistolam retinuit et mentem affectit dolore Laurentius namq; noster  
quem velle religionem ingredi scripsit non claustrum sed carcerem  
ingressus est Poloni enim ut cardinalem mortitum viderunt / manū  
in laurentium ieceunt / nulla penitus auctoritate freti **T**u inquiunt ar-  
gentum heri impignorasti / non exhibis nisi luatur / Deptuaginta et du-  
centarum mercarum argentum est quod alberti habet basilee **H**oc vo-  
lunt ut laurentius redimat / Obligatum est pro septingentis aureis  
quos cardinalis accepit **V**igna res est ut seruus es alienum exsoluat /  
Ego mitor hominem iuuare / quia compacio viro in aliena terra capto  
et amio / **D**ed quid tu facias ubi nulla vox auditur nisi auri cum tu sis  
inops **I**lle adhuc deprehensus est / nescio quid futurum sit **N**ulla exco-  
municatio pdest nulla fideiussio / dum res sic stat anima illa que in car-  
dinalis aquilegiensis corpore diu alligata filo vel cera detinebatur / abru-  
tis retinaculis carcerem euasit / **O**bijt ille quarto nonas junij hora post  
meridiem quartam **N**ullas extortiones passus est / nullos cruciatus / sed  
tamq; dormiturus animam exalauit / **V**iderat mediaus mortem instare  
suasq; testamentum fieri / sic et amici astantes / **I**lle vos me deficere  
censem inquit et ego robustus sum nec in me quicq; sencio deficere

Nec post hec verba medium vixit horam. Cuius corpora per alteram diem seruatum est ostensumq; omnibus. Tertia vero luce apud sanctu Stephanu et ad dexteram altaris dexteris sepultu est funus iuxta mores germanie magnu et honorificum fuit. Apud ytalos non fuissent tanto viro exequae digne. Vileus vultus ob neutralitatem non est permisus mores tuo q; viuo non negabat. Hermo ante funus habitus. Nescio quis vice fuit. Verba hominis laudo. Est hoc anno hijs in regionibus maxima siccitas / nescio an iterum pheon currum phebi ducere cepit / frumenta omnia sunt exasta / magna caristica timetur / nulle pluiae sunt / calores preter solitum admicandi. Dicebant plebi non pluia quia excommuni catus est cardinalis. Oratori igitur qui ante funus verbum fecit vos inquit iudeis similes estis q; cum p;pm honorificetissime receperistis aduentem / postea placuti sunt et cruce subire coegerunt. Vos hunc legatum cui pide re compescit mitificeq; honorastis ingrediente. Nunc q; peccatis vel tristis icatus deus no pluia causam in ipsu vertebatis. Ecce iam triduum mortu? est cardinalis cur vobis pluvia non prebet / sceleribus vestris de nezak humor no illi. Et in hunc modu plura locutus est. Ego cardinalis ephitafiu scripsi / qd tibi cu presentib; mittio. Iterum atq; iteru vale. Ex vienna quarta Junij Anno 1488.

**D**e morte cardinalis poloni et de rebus con ciliis.

**E**reas filius Reuerendissimo in christo patre Johanni cardinali sancti calixti. P; d. Pauci dies sunt quibus littere tue michi fuerunt reddite que annum in via consumpserant vel minus paulo. His ergo non respondebo quia nil est nunc in eo statu quo tunc fuit / solum attingam nouitates aliquas ex quibus possis ad res conciliares vigilantius et utilius intendere. Regia maiestas sedulo operam dat ut q; celester norenbergam petat / nec puto hijs in partibus diu manebit. Res ecclesie aliquip finem nunc accipient / deus illu do net / nec sine amplius tenebrar; pncipem dominari. Cardinalis aquile gien die secunda junij migravit ex hac vita / nullum testamentu condidit. Verum est qd dici solet / sic ita morietis / qualis vita talis mors. Funus eius non tam dignitate dignu / q; vita fuit. Depultus est quarta junij luce / apud sanctu Stephanu wienen. Non puto magno detrimento esse oclilio morte eius / q; no multu utilis vita fuit. Qui namq; legatione abutebat. Nec papa id agit quod hic faciebat. Omnia ei plana erat. Itaq; murm<sup>r</sup> fuit aduersus oclium quale vixit queam dicere

**T**u scis quod mundas manus habere oporteat qui aduersarios habet. Si debeat aliquid alius prouidus dispensator quod famosa legatio apud poloniam gesta recommendat, is nunc litteras ante obitum cardinalis obtinuerat cum omni potestate quod cardinalis habebat. Itaque legatus legatum crebat. Ego vidi et legi litteras reprehendi quia non potest legatus de latere facultates suas speciales super quibus industria personae electa est alteri delegare. Sed frustra clamauit quia nullum est apud fatuos consilium. Nescio quid facturus sit homo. Apunt eum ad huc velle poloniam petere, forsitan facultatibus vult etiam post mortem mandantis. Is laurentium prodidit, captureque sue structor fuit. Ne nunc pro liberatione studere oportet. Nichil formidabilius est quod homo bilinguis. Nichil terribilius quod hostis familiaris. At hic beneficia ex laurentio plura suscepserat, neque hoc remisset nisi expensas ille fecisset. Digne patitur laurentius, quia benefacere malis malefacere est. Des trum est cogitare ne apud polonos loquacitas hominis atque cupiditas fauorem concilij obnubilet. Venerabili ac doctissimo theologo Francisco de Sive revere gratias qui anthomium luscum ad me misit Andrei contheologum et confatrem saluum dico. Neuter eorum miretur si non vero dominos quia nemo dominus est absque domino. Mendicantibus autem nedum dominium sed omnis proprietas est interdicta valeant igitur ipsi et me compauperem ament. Tu quoque me ut soles dilige et inter famulos habe fidos. Ex vienna die sexta Junij Anno 1488.

**T**audat secretarium prague et famam non esse contemnendam dicit.

**E**reas filius imperialis secretarius iohanni cuskoni secretario civitatis prague anno primario. Propter Epistolam tuam diu legi atque relegi modestissima cum doctrina pugnantem vidi, namque dum ornatissime scribas reveri te tamen ait ad me litteras dare minus comptas. Sed obsecro te ne deinceps tali ritaris principio quia nichil ad me potes non eleganter scribere etiam si ornatus qui tuis in scriptis elucet maximus nullus foret. Amicicia enim non eloquentiam sed rem expedit. Tu vero et michi amicus es et ego te in paucis amo. Itaque supplet amor quicquid facundia negat. Que exceptio non minus michi quod tibi conuenit. Tu namque cum imperitus videri vis doctissimum te ostendis, ego dum aliquid me sapere iacto impericiam prodo meam. Quo sit ut meis in litteris arrogancia cum insacia certe: non tam honeste quod in tuis certare dixi cum doctrina

modestiam. Sed prius iam hec tuisq; optatis respondebo. **A**is te au-  
tere si qd noui ediderim tibi ut comunicem. Vererem tuo desiderio mo-  
rem si tam libenter rescriberes q; scribo. Nichi tamen id vicium est ut  
plus q; semel nichil scribam. Plura post tuum abitum compilau; si  
gismudo duci patrueliz regis nostri non peruan ep;lam destinau; **P**la-  
rima illuc bene viuendi p;cepta tradedo. De passione domini ynum edidi  
regisq; dno dedi. Litteras nunc ad istum nuc ad illum mhi. Exemplaria  
omniu; wencela? noster habet. Is te potest p;cipere facere. Dibi plume?  
michi plumb? est calam? Man? illi wlo?/michi tardior. Qd ex me cu-  
pis/ex illo pete. Nichil noui ex mea manat officina qd ipse no antea  
exemplariu retineat. **D**i ergo ignoratias meas tantope cupis/satis ha-  
beto ex me doceri qu? wt? opos fias. Motu in bohemia eneam no inui-  
tus audio/q; a melius est nomen bonum q; diuicie multe. Sed vtinam  
stabilis esset qu? de me fama p;dcas. **N**d ita demu erit si fundamentu  
bene iactum est sub petra veritatis. Ego michi oscius s? non me talem  
esse qualis predico. Ut autem sit laudaci potius indigne q; virtutem  
digne cupio. Est em laus virtutis excitamentum. Quis em tam mal?  
est q; virtutem illam non assequi studeat de qua se percipit laudari. Ma-  
gis sane magnos stimulos ad eloq;tiam capiscendam adhibet is que  
de me dicitur inter bohemos esse rumor. Et vtinam possim aliquando ta-  
lis euadere qualis credor. tu vide ne vanus laudator inueniaris. **D**i q;s  
me casus pragam detulerit ubi mea presentia nomen adumbret/ in ac-  
mo?um tuorum descriptione pretebo quam optas operam/wencelaq;  
provinciam demandabo/cui nichil est tui causa durum facere. Franci-  
cius regie cancellarie/retus mancipium multa michi de te cum laude  
retulit que non abs voluptate cognoui. **F**acit deus ut secundiora sint  
q; diu vireris tua tuorumq; fata/tibiq; vnq; me do Francisco nunq; de-  
ficiat. Verum wencelaus et ego coluum bitemus vobis. **V**ale ex wi-  
enna k' may Anno. 1288.

**E**reas filii? et michael pulendorp. **S**p dicunt et sese dedunt reue-  
do in xpo patri et illustri principi dno contrario epo ostantien  
Vivos bonos et litterarum amatores tue dignationi dilectos  
esse nequaq; ambigim?/q; a simili est amare similem/et omnis pbus  
afficit pbus/nec virtus potest no placere virtuti. **H**oc facit ut iohann? e-  
cilius qui tuo indigit auxilio non multis tibi verbis commendemus

Nam cum sit ille probitate plena et omni ex parte laudandus/satis  
in se prehdij habet ad tuum fauorem nanciscendum/nec commendatio  
ne nostra magnopere indiget Ne tamen in suis necessitatibus verba si  
bi nostra defuisse arbitretur scire te volumus/magni beneficij loco nos  
suscepturos quicquid in eum te boni contulisse percepimus/Amamus  
enim hunc et in amicitia nostra tertium habemus/nec sibi quisq; pro  
desse potest quin is nobis gratificetur/Non tam pilades oretem/aut  
peritheum thescus dilexit/q; nos inter nos seruamus amorem/Huic  
regia magnificentia primariarum precium ius prebuit/capitulumq;  
zohugen tue dioecesis pro eo rogatum fecit Jamq; in canonicum est re  
ceptus Prebendam autem assequi non potest/quomiam aliis sibi in  
pedimento est/habet igitur honorem absq; commodo/alius forsitan li  
bentius commodum absq; honore suscepisset/quia vulgus utilitatem  
prefert honori/Vera tamen philosophia nichil utile censet quod non  
sit honorificum/Utrumq; sit noster iohannes optat honori suo misce  
ri commodum/quia caduta res est mundialis honor nisi pecunia susten  
tetur Tu ergo qui illuc episcopus es in cuius manus calix mixto ple  
nus/quiq; potes ex hoc in hoc miscere juua hunc amicum nostrum et  
fac ut nostras pieces illi censiamus fuisse proficias/quod si feceris ut  
de tua humanitate confidimus non solum illum et nos tibi obligabis  
sed imperialis etiam fastigij erga te graciam efficies promicerem Vale  
ex vienna k; may Anno 1222.

### Commendat ius ladislai

**F**edericus dei gracia romanorum rex semp augustus sanctissimo  
patri dno Eugenio ppe quarto Dp d Et si non dubitem aplo  
ca sedem tamq; veritatis doctrinæ iustaq; vite magistri quo ruli  
bet virib; fauorabile esse>nulliq; prouersi iniuriam facere/qa q;equid ab eo  
solio manat iusticie lancib; libraf; et equitat; non tñ ab te putam; ali  
qua p; nos scribi quib; btitudini tue ius seremissimi pncipis ladislai hñ  
garie regis patruelis nostri carissimi pueri pupilli et cephami amenda  
tu efficiam; et eoz q;ficta p; veris referut impijs resistam; conatib;  
scit em tua btitudo patruelē nostrū pfatū q; p; obitū diue memorie pa  
trui et ancessois nū alberti rōnoz atq; hñgarie bohemieq; regis in vte  
ro paterno posthum; remāhit vt p; natus fuit et sacri font; vnda rena  
tus adhibitis ex more solēmbo veram hungarie et sanctā suscepisse co  
ronam/nunc autē hinc accepimus magnopere quidam instant ut tua  
sanctitas titulum regni huius in alium transferat/multa illinc emoli

menta tum sanctitati tue tum regno prouentua dicentes/que licet nul-  
latenus aplcam sedem mouere credamus q̄a nullum omodum est tam  
ingens p̄ quo bene vendi iusticia possit/**N**irandus tamen est eoz cona-  
tus q̄ ex alieno incommodo suum querentes omodum altissimi sangu-  
nis puerum et paterno & aucto re gno cupiunt spoliare/**I**niquum p̄fec-  
to et abominabile scelus/**S**ecerit enim aliis q̄uis magnalia sit po-  
tens/sit aptus regimini/sit p̄ aliquos acceritus/volumus ista discutere  
nec cum iniuria volumus loqui cuiusq;/**N**ulla tamen ratio suadet huic  
puero suum adimi regnum/qui si propter se non esset magmiputand?/  
ei tamen propter facta paterna vniuersa xp̄istianitas fauorabilis es-  
se deberet **Q**uis enim nostri temporis homo est qui patris huius glo-  
riosos conflictus/tum contra turchos/tum contra hussitas non audie-  
rit/**D**ebent preterea et huic pueru fauorem prebere aui sui clarissima  
gesta/et illa ecclie vno constantie reperta/tum vero karoli quarti  
et henrici septimi/quorum ultimus hic sanguis est memoria celatum  
**T**acemus inclite domus nostre australis opera tam p̄o imperio q̄ pro  
ecclesia per nostros et huius pueri progenitores edita **Q**uis tandem  
non compati deberet innocentium pueru/parentibus orbato/vero hunga-  
rie heredi veroq; regi/**I**nsane profecto mentis et animi trucis sunt ac-  
totius hostes iusticie/qui tam generosum puerum regno priuare et  
ius tam clarum conculcare mituntur **H**ciunt tamen et ip̄i qui talia pe-  
tunt/inhumanum esse quod optant/atq; idcirco extinctum puerum et  
nusq; inueniri configunt/ut vel hoc colore/regni titulus in alium diri-  
uetur **D**ed aliud reperitur/**V**ivit enim Ladislauus rex et fausta & felici  
fruitur solitudo/scitus puer atq; formosus **I**s est in noua ciuitate vi-  
cinus hungarie/aditioq; ab omnibus potest/qui eius visendi sunt cupi-  
di **H**pes et nostra & omnium est/antecessorum suorum virtutes in hoc  
puero reuicturas **Q**ue omnia tue beatitudini recensemus ne per simi-  
tras suggestiones aliquid ex curia tua valeat extorqueri quod hinc  
patrueli nostro possit esse nocuum/**A**tq; puerum istis omnibus impe-  
rij principibus sanguine iunctum apostolice sedis fauore tua sancti-  
tas prosequatur **H**it igitur hic rex pupillus in tuo conspectu commen-  
datus/sit ante oculos tue mentis sua generositas sua etas sua puri-  
tas/suorum memoria predecessorum et huius iusticiam ex qua non in-  
amis et facta sed vera & ampla utilitas apostolice sedi redundare potest  
amplecti atq; tueri velis **D**atum vienne kalendas may Anno Mille  
simiccccccciiij.

**E**Commendat vitam a gressu et comoda ruris.  
Neas filius **H** p d Johanni lauterbacensi sacerdoti et viro  
probissimo amicoqz optimo Credo te quid agam et ubi sum ex  
multis percutiari cu me apud regem non esse cognoscis! **H**oc  
tibi nullus exponet q meus calam? q libenter desiderio tuo moe geret  
sciens quia me amas Audi ergo quid acciderit nobis in noua ciuitate  
pius/deinde quid faciam et ubi sum breuiter edoceberis. Etamus nup  
in curia cesaris apud viduam quamdam sermonis gnaram itali/nam  
et in domo illorum de scola seruuerat dum virguncula fuit/ hec primu  
magnorum ministrabat equis/egrotare cepit ac septima die decessit  
e vita. **M**oxqz alius ex familia vie robustus epydimiam professus est  
se perpeti/ cuius morbi tanta vis fuit ut eum triduo interficerit. Ex in  
de morib hospita dolere caput et ancilla febricitare ceperunt. **G**ermanus  
quoqz magnifici gasparis cancellarij vertiginem paciebatur. Pauere  
omnes ac de fuga cogitare ceperunt. Accessit cancellarius viamqz fugi  
endi mortiferam suscepit. Atqz hanc hodie sunt octo dies huc perueni  
mus. **S**umus enim hic in plebe reuerendi patris electi frisiugen/ oppi  
dum tibi notum arbitror prugk nomine inter duas aquas muram et  
murzam que hic ante oppidum copulantur et vnum facientes flumen  
in dranum ferunt. **H**ic nundine sunt que per octauam diui martini so  
lent perdurare. Ego remissis omnibus curis nunc merces que huc vndi  
qz afferuntur contemplo/ nunc in egredice montesqz apricos et silua  
rum latibula/ac lucidi fluminis limphas non absqz singulari mentis  
oblectatione intueor. Hales nunc et ubi locorum degam et quid rerum  
agam. Nunc illud te wlo scire beatum michi videri qui vitam ab ne  
goijs procul publicis sibi delegit/sicut prisca gens mortalium consue  
uit. Quis enim non felicem illum dicat qui nullo fauore aut ece alie  
no obligatus paterna rura suis bobus exercet. Audi qz beatus sit  
**N**empe non truci excitatur classico quo bellum petere ac pugnam iu  
beatur inire. Non horret iratum mare/ forum vitat/ et litigantium  
iurgia/non visitat superba diuitium atria/non fastidiosis curialibus  
est supplex/ sed aut altas populos adultis vitium propagimbus ma  
ritat/ aut in secreta redactaqz valle errantes boves et armenta pas  
cencia prospectat. Interdum tamos inutiles falce resecat ac felici  
ores inserit. Interdum mella que pressit puris recondit ampho  
ris/ aut oves tondet lanasqz recipit. At cum autumpnus decorum  
caput mitibus pomis per agros extulit magno afficitur gaudio/  
pica ex arboreibus decarpens quas sua manu inseruit. Interdum

parpureas vuas colligit et aut suspendit in vsum hyemis aut mustum  
exprimit. Libet illi iacere modo sub antiqua ylice modo in tenaci gram  
no labuntur aque ex altis rupibus queruntur aues in filuis obstre  
pescunt fontes manantibus limphis somnosq; leues inuitant. Ut vero  
hybernum aduenit annus et ymbres niuesq; dominantur aut ap:os mul  
ta cane in obstantes detridit plazas aut rara rechia leui amite seu fur  
ca contra edaces turdos suspendit aut pauidum leporiem et aduenam  
gruem laqueo captat. Q si publica mulier illi fuerit quales olim fue  
runt sabine siue de quibus sacra scriptura meminit sara rebecca vel ra  
chel que solibus perusta domum seruet et dulces nutriat liberos mul  
to beatorum fiet cum illa in aduentu lassi vici rusticis lignis sacrum ex  
truet focum claudensq; teptis cratibus letum peius distenta sicabit  
ybera et dulcia vima dolio promens dapes inemptas apparabit. Quis  
hanc non laudet et desideret vitam Nonne me amplius locina conchi  
lia aut romibi vel stari nec ex quoius mari vel flumine quehcti pisces  
iuuerunt q; leta de pinguisimis ramis arborum oliua decerpta aut  
agna quam solis paschalibus festis rustici mactant vel hedus precep  
tus ab ore lupi Nam p;atum iuuat inter rusticales epulas micia poma  
et castaneas molles ac petras et caseum pastas oues videre cu domum  
properant in ueriq; fessos boues inuersum vnicet collo trahentes lan  
guido. Multa sunt ruris gaudia que nunc singula prosequi non est epis  
tolatum angustie Ideo vale et hec ex multis pauca notans amorem  
ruris aliqui indue Iterum vale mei ut soles memor Ex oppido prugn  
die xij nouembris. i.e.e.

**D**e rebus hungaricis et  
ecclie.

**E**reas filius Domino iohanni campilio perspicaci philosopho  
Spd Urgent me res hungarie tibi ut sepius scribam Nam  
et tu illas nosce desideras qui ladillo regi bene cupis Et illa  
libenter conscribo que scio esse ut sciatur utilia In meis autem scrip  
tis placidum interest cum vel affirmo aliquid factum vel refero quod  
audiui In altero namq; veri periculum ad me recipio In altero fidem  
requiri apud autores volo Hoc autem ideo dixi quia rumorem hic fu  
isse tibi significavi regem bosne per quosdam vocatum esse ut hungarie  
regno potiretur Que res minime secta est nec famam veritas adequa  
uit Sed nunc quo pacto inter hungaros conuentum sit ex me audi

Nam certum est quod nunc scribo/Tu hec domino nostro comuni car  
dinali tarentino coicata facito vt per eum non solum sacri collegij aures  
sed ipsius quoque sanctissimi summique sacerdotis adire presentiam queant  
Nam et sacerditi illius senatus interest quid in regno geratur hunga  
rie per noscere cum mutus sit illa regio christiane religionis et nostre  
fidei solidus paries/Credo igitur te accepisse proceres illos hungarie  
qui estata decusa cum cardinali strigomien hic fuerunt rebus infectis  
recessisse Nam neque regi eorum oblationes satisfecerunt/nec eis rur  
sus regis responsum placuit/Dignificauit tunc omnia tibi Post hec in  
hungariam cum rediisset nycolaus waynoda transiluanus plurima per  
temptauit/sed regnicolis nulla via persuaderi potuit que ladislum ex  
cluderet/Conuenit igitur alterum waynoda iohannem ladislaique ius  
tueri insimul pepigerunt/millisque clanculum ad cesarem nostrum nun  
cijs confirmationem suorum officiorum obtinuerunt/ac rursus facil  
tatem quandam cuius vigore ceteras regnicolas ad obedientiam ladisi  
lai reducentes officia dignitatesque possent illis confirmare/conuentum  
que regni apud albam regalem in hoc tempus induxerat Jamque plures  
illuc sunt/relicuos expectantes Sed laurentius palatinus non im  
memor suarum arcium Vbi iam figmenta minime amplius prodesse  
perpendit nam mores venerabilis ladislai polonie regis omnibus per  
suasa est quia non potest mendacium diu latere/nouum deceptionis  
genus ex cogitauit Rursum namque in populos diuulgat se cum duce  
burgundie conuenisse ut eius filium in hungariam nauigio transmit  
tat/eiusque regi mediatorem quodam hispanum fuisse assertit qui classi pon  
tice nomine philippi ducis preerat et nuper hac transiuit romam petitu  
rus/Sed nemo est qui palatino fidem habeat Nec enim post tot men  
dacia dignus cui credatur est/Hciunt insuper omnes ducem burgun  
dorum vicinum dumtaxat habere filium quod minime ire perditum vellet  
cum sit diues ac potentissimus et regi ladislao sanguine iunctus/cui  
non est putandum nobilem principem iniuriari velle et maxime cum  
eius dominia ab hungaria remotissima sint/nulloque possunt vsui esse  
hungaris Que res palatinum nedum mendacem sed dilirum reddunt/  
Hinc ipse cum suos conatus in cassum ire perpendret/conuentumque  
apud albam teneri Jamque waynodom iohannem illuc pergere et ad  
vigesimum lapidem esse in vicina missis litteris ac nuncijs iohanni  
indicat insidias sibi apud albam structas esse/nycolauque velle in cum  
manus incere Quid si velit captiuitatem euadere aut mortem albam ne  
petat instruit/Iohannes territus hoc nuncio minime vterius pergit/

Acceptit hec nycolaus w<sup>c</sup>atilisq<sup>z</sup> proceribus suis/ multis inquit fraudi  
bus vt sit palatinus/sua est hec tegna q<sup>p</sup> ad nos iohannes venire ti  
met/ **D**icit ad illo ego eum/nec timbo eum qui me timet/ **E**xpurgabo qd  
michi ingeritur crimen **N**ec de alijs cogitabo quod ipse in alios non co  
gito **N**eque saluum conductum neq<sup>z</sup> fidem peto vllam/ **D**atis tuta inno  
centia est/ **P**er quid tamen preter spem euenerit viros ws esse commo  
ueo/meam ut vindicetis iniuriam/ **A**tq<sup>z</sup> sic nycolaus cū paucis iohem  
accessit/ **I**nterea giskra vir magnificus nostriq<sup>z</sup> seculi non paruum de  
cis qui partes ladislai apud hungaros aut solus aut certe cum pau  
cis vlsq<sup>z</sup> in hanc diem tutatus est/cum pancratio stantibus inducjs q<sup>p</sup>  
fibi castellum per insidias eripiueret vlturus iniurias exercitum coegit  
atq<sup>z</sup> cum octo milibus pugnatorum ingressus pactacij territoriū/quod  
dam munitissimum eius oppidum obhitione cinxit/ **A**ccerito comite  
georgio de sancto georgio ut sibi auxilio foret **N**am is quoq<sup>z</sup> paucra  
cij vicinus et inimicus est Georgius vero wiēnam mox venit auxilium  
q<sup>p</sup> regis romanorum pecijt/multisq<sup>z</sup> verbis rogauit ut ante calepium  
quod est oppidum magnifici gasparis cancellarij ad nouum castrum  
pertinens sed a paucratio occupatur obhitionem ponerent austriales  
**Q**ue dum sic aguntur pancratius qui antea dudum litteris securita  
tis acceritus/conuentum hungarorum accelerare recusauerat nec cen  
tum sigillis credere voluerat/timore post posito hungarorum/nam ma  
ior giskre instabat metus/cum septem milibus albam perecepit **In**  
manusq<sup>z</sup> se procerum tradens queritur se giskre conatus oppinni/pe  
titq<sup>z</sup> auxilium **N**am se regi ladislao fidem dare pmitit **N**ec se alium  
velle regem habere testatur nisi ladissaum postq<sup>z</sup> morauis est rex polo  
nie cui sese astrinxerat/ **H**imilite et oratores ad regem romanorum  
destinat/se pacem cū austria perpetuam habiturum/nulliq<sup>z</sup> alteri q<sup>p</sup> la  
disslao in hungaria tanq<sup>z</sup> regi pariturum asserit Bogatz scribi giskre  
ne se infestet/ **B**arones hungarie audito pancratio sub tutela sua eum  
recipiunt presertim nycolaus raynoda et dyonisius cardinalis strigo  
nenhis scribuntq<sup>z</sup> cesari ne deinceps giskram insultare permittat/pan  
cratiumq<sup>z</sup> reparare/q<sup>p</sup> vigore mandati sui cum omnibus eius bonis ad  
graciam et obedientiam ladislai suscepissent **H**js apud cesarem respon  
sum est/commiti georgio austriales nō posse ante diem sancti georgij  
castrametari/tum propter impedimenta pluuias/tum q<sup>p</sup> in campis nul  
le sunt herbe/sed adueniente vere nisi interim qd debitum est pancracij  
fecerit paratos esse austrie pceres in campū exire temeritatē pancracij  
opescere/ **I**nterū vero tricēta equites sibi ex austria in solaciū venturos

Exinde vogati sunt oratores pancratiū nāquid in mandat̄ habetent  
cū cancellario giskraqz rem ḥponere/quoz bona pācraciō īuafis̄ Cum  
negassent/dictum est eis ad herum suum vt rediret/cui si opus ess̄ ma  
iestas regia p̄ suos nuncios respondisset/**P**rocerib⁹ autē hungarie res  
ponsū est placere cesari q̄ ad ladislai obedientiā pancratiō veniss̄/q̄qz  
venia sibi sit data **N**on tamē sic ei ignosci debet vt aliena cū iniuria te  
neat oppida/bonaqz plurima/nec eam esse vñqz facultatē accessam/Slis  
surum tamē cesarem oratores suos ad eoz uuentū et tam super h̄ijs q̄  
sup alijs regni negotijs responsurū/**D**ic res hungarice vñqz in hanc di  
em acte sunt/quas p̄cor vt singulari dño meo ep̄o adrieñ q̄ iam in ca  
uennatē assumptū esse audio et gaudeo om̄unicatis facias/sibiqz me cō  
mendes q̄ suus sum/**I**n rebus ecclē hec sunt Chiemen̄ ep̄s in rhenum  
iuit/electoresqz uenit/**J**amqz hac die cū eis habituris est in francfor  
dia uuentum/bonamqz spem facit ad vñionem et pacem ecclē **N**escio  
quid sequeſt̄ **H**ic magna est admiratio de tarditate legati vestri **N**am  
seundū contenta iam plurib⁹ diebus in hac curia se debebat ostendere  
de quo nichil hic sentiri modo scimus **I**ngeriturqz magna suspicio que  
possit aliquid mali patere/ut scire possunt q̄ inuentiones norunt hic ha  
bitas **E**x basilea fuerunt apud nos oratores quicunqz peticio fuit q̄ ce  
sar auctoritatem ecclēsie iuxta declarationem constancie factam et ba  
silee renouatam tueret̄ et manuteneret **V**tqz dietam norenbergen̄ mā  
daret teneri/ad quam suos oratores basiliense consilium cum plena p̄  
testate mitteret super omnibus que ad pacem ecclēsie pertinenter/petī  
uerunt q̄ saluum conductum cuius vigore ad dietam illam mittere ora  
tores tute possent/**A**d primam petitionem data responso est/cesari sc̄m  
per curam fuisse et adhuc esse vt auctoritas ecclēsie cum pace populi  
xristiani h̄ic declarata litteris ac per sanctos doctores et consilia ge  
neralia vna cū potestate sedis apostolice cū suo vigore permaneat/**A**d secundū  
dictum est vñgentib⁹ causis dietam norenbergen̄ esse postpositam/h̄ic  
principibus electoribus chimen̄ ep̄s intimaturus erat/**A**c hic de saluo  
conductu illuc eundi non esset opus verba facere/sed eis cū quo recede  
rent nullatenq̄ esse negandū/**D**ic in effectu responsū/q̄uis et ornaciō  
q̄ verbosi/**T**antum est qd ex h̄ijs partibus tibi possum scribere **U**nū  
addo qd nūc abere/**J**am ego subdyacon⁹ sum/qd olim valde abhorrerabā  
**S**ed recessit a me illa animi leuitas/qua inter laycos crescere cupie  
bam **J**am mil magis amo q̄ sacerdotium/fiamqz deo dante infra oc  
tendūm dyaconus/et suo tempore sacerdotalem recipiam dignitatem  
**H**oc si noritano nostro et iacobo caluo dixeris/scio tecum mirabuntur

**D**ed eligendum est aliquando viuendi genus quod inter p̄ficiolas  
duplex est laycorum et clericorum et illa rursus ut nosti distinguntur/  
Michi in ordine beati petri manere decretum est in quo graciā michi  
elargiatur ut que sibi placeant solum cupiam faciam⁹. Vale et domi  
no comiti reuerendo abbati me commenda Ricardum et Julianum nos  
trum Jubeo saluos esse Ex vienna septa marci Anno. 1226.

**I**ncrepat eum qui non bono proposito amicam nuptui  
redit Dicit dietas pregnantes esse et ecclesiam petere  
non posse.

**E**neas silvius vito prestanti et singulari domino iohanni vrūt  
in insignis ciuitatis agrippine secretario et amico suo percaro **H**  
ipd Pauci dies sunt quibus tuas recepi litteras oenatas qui  
dem et multa continentis quibus responsurus nescio quid p̄nnum  
atttingam **D**ed tamen seruabo morem **P**e puella tua primum dicam  
quam vito tradidisti laudo in ea re fectum tuum **Q**uid enim melius  
est q̄ nuptias coniungere ex quibus soboles hunc repletur literis ci  
uitates **O**x autem post factum doles mirandum est **N**ec enim solet ali  
cuius exercitio virtutis penitentiam habere **Q**ui virtuose operatur le  
tus est dolet qui crimen admisit **Q**uomodo ergo fit ut tu doleas qui  
actum fecisti virtutis **N**empe arbitror quia bonum fecisti sed non be  
ne **A**duerbia sunt mi iohannes que nos beant non verba nomina vel  
participia **N**on quid hic faciat sed quomodo faciat querendum est **E**t in  
omnibus rebus finis expectatur **D**i igitur puellam maritasti ut p̄bro  
leuaretis lene fecisti si etiam ad rem illam timor accessit dei **A**t si fo  
lum quid homines loquerentur considerasti non satis est **N**on enim ho  
mibus tantum sed deo placere debemus **Q**ueris remedia non poeti  
cum antidotum recipere euangelicum **Q**uid fornicatio est aliud q̄ mores  
**C**u beatus es si te cognoscis qui materiam delinq̄di a te abiecasti **Q**ui  
esce obsecro ne ultra memineris tue luuentutis delicta **H**oc dices **E**c  
ce q̄ scierus est eneas **N**unc michi castitatem predicit in vienna et  
in noua ciuitate coniugium laudabat **N**on nego iohannes mi aman  
tissime **D**ed labitur tempus **I**n dies seniores sumus Appropinquant  
mortis dies **C**ogitandum est iam nō quomodo viuam⁹ sed quō moriam⁹  
**M**iser homo est et gracie dei expars q̄ non aliquando ad cor reuertit q̄  
se non cognoscit qui vita non emendat suā **Q**ui non cogitat post hoc  
seculū qđ in alieno sit **E**go mi iohannes satī errauī et nimī lat⁹ **J**am  
me cognosco et vīnā non sit tarde **N**unc quadragesimale adest temp⁹

nunc dies salut<sup>e</sup>/nunc tps misericordie/**P**one extrā mentem tuam pu  
ellam **I**minge mortuā esse/nunqd velles vivere/qd est qd cū ea possis ha  
bere solacij **Q** breuis ē voluptas qd cū mulieribo hauriē qd momētaneū  
gaudiū **A**n satis stultus est qd propter tpalia et momētanea pdit eterna  
**H**oc dico scdm theologos qa nō vis qd poete dicūt audire **H**oc est reme  
dū qd hic in apothecis inuenitur vienne **T**u obsecro vendica te tibi ne  
vna te puella vīnat/qd vix impator supet **T**urpe est in prius succubere  
qd in magnis victore fuit **N**ec tu michi de successore nouo **V**bum facias  
qd fuit ouidij remedū **N**am qd est vna muliere relictā amare aliā m  
si ex igne in ignē saltare **I**fuge obsecro ōne feminē gene?/relinqu hymo  
di pestē/cū feminā vides dyabolū esse credito/ **D**; qd ego traū hec fero/  
scio frustra me fari/Verbis meis ebisse fidē **N**am tu me pleno stoma  
cho/retis ieiuniū omēdate **I**state or amātissime frate plene lu/stomacha  
tus lu/nauseā michi femina facit **T**um qd et illud verū est languescere  
vires meas **C**anis aspersus lu/aridi ne rūi sūt/ossa cariosa rugis/corpe?  
aratie est/nec vlli ego feminine possimi esse voluptati/nec voluptatē michi  
afferre femina pt/Bacho magis qua veneri patētat sener **V**inū alit se  
nem iuuat oblectat beat **H**ic liquor suavis vscoz ad morte durat **D**ed  
hoc qd peccatie est si ad iocunditatē magis qd ad necessitatē biberim? **T**u  
mi iohānes si fortis es si sang:uene succoqz plene?/si ne ruis rales nō m  
ror te amare/qduis pluriū te **V**boz eē credā qd opm si xl etas vel occupa  
tiones vites demūt **D**ed esto vt aīs robust?e calid?e xmptus intrepid?e/  
tunc bonū est crīmē abīcere cū tu illud teliniqs/non triplū fugit/**M**ichi  
hercule parū meriti est in castitate/namqz vt verū fatear non sum ap  
tus veneri **D**ed ago deo grās qa nō maior est appetitus qd ptas/Dicis  
tamē de te non esse ante plium descrendū qd hosti victoria cedat **Q**uod  
verū non est in eis bellis in quibus vincē victor veneris/**P**reliator qd  
plura conficit **I**s sese pluribo affecit cladibo **D**ed qd ego tam sivevis  
sum **O**mnes quidem dum valemus recta concilia egrotis damus/sic  
michi replicare potis et illud terencianū obicere **T**u si hic sis aliter sen  
tias **D**ensi aliquā qd nunc sentis/sed tu aliquā senties qd ego sentio qd  
huc eui venies **Q**d si nunc faceres tanto laudabilior es/ qdto diffici  
lius vinceres cyceronisqz tibi verbū illud auemiret/quo difficultie eo pre  
claris **P**ossem plura in hanc sententiā dicere si neqz tu ista vis audire/  
nec iohes noster norēbergen promittit scribere seria/qd rulturis in modū  
cadaueribo nutrit?e in capitolimo campo venari vellet **N**ec iam pip emē  
formidaret/dum feras haberet quas posset condire/ **I**s te amat vīce  
tuiqz sepe non sine laude mentionem habet alpitqz vt hic venias/

quod' michael et ego maxime desideramus vt loquamur aliquando hi  
mul/cideamus/bibamus/cenemus/et quod littere non prestant/sola  
men inuicem recipiamus/Nimis remote a nobis vitam ducis/raro ex  
inde nuncij veniunt quibus litteras demus/Negz omnia committi lit  
teris possunt/De auētibz qui sup rebus ecclē fiunt tuam sententiā pbo  
Nec enī dieta sit que dietā nō partiat Credo quia feminū est nomē li  
beter impregnari dietas & pturire D; ne hec osuetudo paret ociliū norē  
bergen qd erat indictū neutri generis qd nō poterat acipe qā fortasse fi  
nem dedis in rebus ecclē sublatū est/et ad dietas reuentū plificātes vt  
in eternū hiant auētiones/maneatqz neutralitas dulce ac suaue nōnul  
loz auxipū Mirum est tam parue curae teneri ecclām Fortitan sic deo  
placitū est cui? ohlia humano nequeūt ingenio dep̄phendi/Illē hinc ali  
quam venaf vtilitatē nobis incognitam Ries grandes et totius rei pub  
lice statum concernētes de suseum ordinantur/nec quisqz est qui futu  
ra sciat/Cogitant homines deus autē dispomit/Vnū scim? beati petri na  
vicularum quam eccleſiam nūcipamus/et si fluctibus agitetur/quacia  
tur ventis/innumeris vexetur procellis submergi tamen non potest/qā  
futurum se cum ea saluator noster ihesus vsqz ad summationē seculi  
re promisit Quod de regis coronatione apud te predicari dicis/minime  
verum est Negz enim ad huc verbum fieri audiui in loco auctentico de  
tali coronatione/qd tamē me non fugeret/quis & hic etiam multi mul  
ta loquane ex opinione magis qz ex sententia/Noua hie alia non sūt  
mis qz vtricus cilie comes post diutinam obſidionem castri atile quod  
est in hungaria/ac p francoñem germanū maticonis baū tenebatur/  
tandē victoria potius est vnoqz illius occiso filio alium cū vfore & om  
ni gaza secum in captiuitatē abduxit Giska in campo est cū magno ex  
ceritu otra pancraciū Itaqz tota hungaria trepidat ouentumqz habet  
apud albam regalem/spesqz optima ē hungaros oēs ad obedientiā la  
disslai reuersuros Nam iohannes et nycolaus vaynode transiluani et  
despotis rascie iam sese reconciliarūt/et eoz officia confirmati hibi opti  
nuerunt Qz si pancraciū et orſaciū michael in ptinacia pſeuerauit  
ac laurēcij palatini dementiā sequi maluerūt/decretū ē in festo sancti  
georgij aduersus eos regalē duci efficitū/Cum michaele ouemendo mo  
do q res de quo scribis expediri potest is ad te latius scribit Neam curā  
et diligentia nulla in re vnqz tua denegabo Tu me vtere vt tuo/Vale  
optime & quando facultas datur dño colomēn et germano traiecten co  
mendatū me facito/michiqz scribi sepius/nam tuis lris iocundissime  
fruor Iterum vale Ex vienna octaua marchij Anno, 1226.

## **T**remedium contra amorem.

**E**nreas filii? **T**ypolito mediolanen? **S**p d **N**on erbaris meū  
nocte p̄terita q̄ amori operā dares/nec delibatū ac vinctū aim  
soluerre posse. **D**ixisti te nec virginē nec nuptā nec viduā ama  
re/sed mulierē q̄uis pulchra meretrice tamē/q̄buslibet viris p̄cij causa  
sese substernente. **I**d tibi molestū esse aiebas/libeterq; amore hunc vel  
le te postergare/h; viā modūq; nescire/q̄ fieri liber et amore vacuus pos  
ses. **N**am et si plures sacerdotes osulueris/neminē tñ remedia q̄ tibi vi  
derent efficacia p̄tulisse dicebas. **R**ogabas igit̄ me magnisq; p̄cib; ef  
flagitasti egritudini tue vt aliquā affterā medelā/ac iter ostendere tibi  
q̄ possis ardētes amoris flāmas effugere. **P**arebo desiderio tuo salubria  
q̄ p̄belo tibi remedia si ea amplecti volueris. **N**ec verebor medici culpā  
michi ascribi si tu obdiētis egroti p̄sonā suscep̄teris q̄uis arbitror q̄s  
osuliuisti sacerdotes sati s tibi fecisse si p̄cepta tenuissis que illi dederūt.  
**D**ed tibi visa fuerūt fortasse grauia. **N**am cū diceret fuge illam/michil  
hibi loquaris/michil de illa audias durū verbū visum est. At febicitas  
quoq; inuitus audit frigida pocula hibi negati. **H**i tñ sanari vult quod  
medicus mandat diligenter obseruat. **T**u ergo mi ypolite si ris amore  
euadere liberoq; fieri p̄para vt q̄ p̄cipiam facias. **N**am scito egrotū te es  
se/maximaq; infirmitate detentū/r ppter sanitatē dura et aspera esse plu  
rima subeūda. **N**empe egrotus est mi ypolite omnis q̄ amat/ac nedum  
egrotus sed mente etim captus atq; insanus et amens. **D**e amore  
inq̄ illico. **N**am deum colere et amare parentes/vporem et liberos  
virtutis nō est vicij sanitatisq; non egritudinis. **A**t tu amore illictum  
sequeris. **Q**uid tu esse amore de quo iam loquimur credis. **V**eteres  
putauerunt illum ex venere vulcanoq; natum puerum cecum/alatum  
sagittas in manibus habentem/quibus viros ac mulieres feriens  
ardorem dilectionis infunderet. **A**pus rieglīū legimus. **N**unc scio qđ  
sit amor duris in cotibus illum p̄lymarus aut radope aut extremi ga  
ramates/nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt. **D**ed error  
hic mortalis populi fuit qui veritatem attingere non potuit. **A**mor vt  
in tragedijs inquit seneca michil aliud est/misi vis quedam magna mē  
tis blandusq; animi calor qui iuuenta gigintur/luxu ocio/et inter leta  
fortune bona nutritur. **H**ic mentem hominis eripit/iudicium omne per  
ueritatem/sensem ebat/animum extinguit. **N**amq; cum mulierem dili  
gis/non in te sed in illa viuis. **Q**uid igit̄ prius est q̄ viuent̄ non viue  
re/q̄ sensum habent̄ non sentire/q̄ oculis p̄ditum non videre. **E**quidē q̄  
amat in alium mutat̄ virum/nec loquitur nec facit que ante solebat

Hinc perimenio apud therencium **N**ij boni quid hoc morbi est **A**deo ho  
mines immutas ex amore ut non cognoscas eundem esse **P**utat comi  
cis morbum esse amore nec male putat **N**am et apud macrobiū luxu  
riam que vel mater amor est vel filia teterimi morbi partem ypocra  
tes dicit **H**ic morbus plerumq; iuuenes aggradit **s**ed viros quoq;  
senes exat **T**antoq; periculoso et risu dignior est q̄pto persona que  
capta est etate aut scientia censemur prestantior **C**um ergo ypolite cap  
tus sis amoriq; seruias scias te morbosum esse si morbosus es liberari  
stude **N**am quis morbum patitur qui curari non velit **D**ane ut mor  
bus grauior acerbior periculoso eo morbo maior sit de sanitate cura  
**S**i tua infirmitas magna est sit et cure diligentia magna **C**ogita mi  
ypolite quo in statu es **T**u nichil te estinas quicquid tibi euemiat le  
ue est solum super amica anxius es **N**on parentes non necessarios no  
benefactores magnificis solus tuus animus in amica est **I**llam amas  
**I**llam promoues **I**llam somnias **D**e illa cogitas **D**e illa loqueris **D**e  
illa suspicas nichil agis quin memoriam eius habes **E**n stulticiam a  
menciam morbumq; tetterimum **A**n non est petenda cura **Q**uis non  
sanari hoc morbo velit **C**eterum ad salutem tuam hec sunt necessaria  
mi ypolite que si feceris sanus eris si negleperis sepelieris in morbo tuo  
nec te quisq; iuuare poterit **C**ogita primum q̄ remote a preceptis dei re  
cessisti qui cum deberes deum ex toto corde diligere creaturam amasti  
et in ea omnem tuam dilectionem et oblationem posuisti **D**ic enim  
factus es ydolatri cultor **N**am qui creaturam deo p̄ponit ydolatria est  
**N**egabis te ydolatram esse cu non p̄onas creatori creatū **A**t si verum  
fateri vis plus tuam amica diligis q̄ deum **N**am que deus mādat neg  
ligis postergas tempnis que vult amica summa cu diligentia cutas  
adimplere **E**t hoc nempe est p̄ferre mulierē deo **H**eu q̄ magis est malū  
q̄ periculoso q̄ detestabile creaturā sic amare ut deum perifacias **D**e  
cu esses nichil te aliquid esse fecit **N**ec te lapide nec te gentile nec iu  
deum sed hominem xp̄istianum fecit ut possis scire diuina sacramēta  
et viam qua itur in celum **I**pse quoq; deus cu ob culpam p̄imū parētis  
tu et ceteri homines paradisū amissitatis nasci p̄ te voluit fieri homo  
capi cedi vituperari crucifigi mori ac suo te p̄cioso redimere sanguine  
**E**n q̄ magna iniqtudo ē iniquitas inhumitas feritas hunc q̄ tanta p̄ te fe  
cerit ppter vitem relinque mulierculā **H**oc satis te ceterosq; xp̄ianos  
mouere debet ut omissis amorib; illicet deo soli seruiret **D**ed cogita  
ulterius quid agis ypolite pulchra tibi videtur amica tua credis ne sic  
semper pulchra erit **R**es est forma fugax ut inquit tragedius **M**ulier

que hodie formosa est etas deformis erit **Quid** tu bona perpetua et immutabilia pro caducis mutabilibusq; permutas **H**ic vt putas spectaculi formosa mulier leue hoc bonum est **N**ichil enim forma mulieris est nisi moribus sit adiuta **C**astitas est que feminam laudat non forma **T**u non castitate sequeris sed solum formam amas **F**orma hec uti flos agri decidit Rosa mane rubra/sero languescit **N**ichil formosus est virute atq; honestate **D**i hanc intuereris multo tibi formosus videre est q tua sit amica **E**t enim nec lucifer/nec hesperus tam decorus est q ipsa facies honestatq;/quam qui reliquit propter mulierem/existima oeo q sit delirus et amens **C**eterum ypolite vt tecum non multis vtar/quam amas mulier non tua sola est id est complutes eam habent/ipsa te no solum habet sed alios quoq; amat **Q**uid tu in turba vis facere **C**ogita te esse iam in vespero/iam senem iam morti proximum **V**is ne cum iuuemibus contendere **V**is cum robustis pugnare **Q**uid tibi in eo prelio queris in quo victor succumbis **M**agna res est virum senem a iuuenibus extorqueare mulierem/si tam es potens vt extorqueas q vicisti cu premium huiusmodi sit vt vincens succumbat **Q**uid est oeo mulier nisi iuuentutis expilatrix/viroz rapina/senum mors patrimonij deuora trix/honoris pincies/pabulum diaboli/ianua mortis/infernii supplemen tu **C**ogita ypolite quot mala p muliere obuenerint cu salomon cu holo fernes cu sampson p muliere decepti fuerint **N**on te credis sic forte es se vt non illudatis **D**ed qto viris illis debiliqe es incautio imprudentio/tanto te ab eo loco semoue in q potes decipi **N**ichil est mulieris amor qui cu peccato est **N**on est in muliere stabilitas/q nunc te amat etas aliu amabit et vna tecu amabit alios **Q**uid tu huc amorem existimes q in plures diuisus est **N**ulla mulier tam fixe aliquem amavit q ve niente novo pco nouisq vel precibz vel muneribz no mutauit amorei **M**ulier est animal imperfectu variu fallax multq morbis passionibusq subiectu/sine fide/sine timore/sine constantia/sine pietate **D**e his loquor muleribz q turpes admittunt amores **N**unq hee stabiles sunt **N**amq vt semel a recto tramine recesserunt iam se libertas arbitrat ut quoctiq; relint vaget/nec apli vel amici vel mariti timore habet **C**redo equidem illa coeudi fetida voluptate tibi q iam semio exhaustus paru placet **N**am qd nedum tibi antiquo et arido/sed iuueni humecto illa inepta et spurci da voluptas conferre potest quam mox penitudo consequitur **A**n non magna res est ammonicio illa et citacio siue comminatio quedam que post peccatum euangelio mente hominis cruciat **Q**uod iniquus est homo q totiens ammonitus non quiescit/q punitus non emendatur/q correctus

in manu tuis delatum ita nisi iam delate fuerint. Non igitur que tunc  
scripsi hoc loco repetam/ne sim verbosior ne dicam tediosior. Post hec  
dum essem in aula regia casu competi franciscum strasoldium insignem  
equitem aliquem obseruatissimum/ percutatus sum ex eo quid cum pan  
cracio gestum esset. Is ait venturum se ad me relatirumque omnia ex ore  
dine. Hic actum est. Conuenit me homo in cancellaria/ legationemque  
suam et pancrati response ponebat. Nec contenus hijs ut est vir  
diligens et amicus/ amici suscepito calamo letas omnium rerum iudices  
ad te ferendas dictauit michique tradidit/ quas cum priuatis transmitto. Nec  
plura in hac dico quia ex francescoplenissimam instructionem recipies  
Volum consulo ut que pacis sunt amplectaris et sideres nequitia tipis  
Non enim ut volum sed ut possum vivendum est. Coaptata est tipi vita  
nostra. Michi ex integrō non vide hungaria nostra tipib[us] pacē habitura.  
Quod si qua via est ut priuatim sit pacis in bonis tuis id probo commendo  
suadeo. Ex hungaria allate sunt apostolice litterae que maiestati regie  
et iohanni carnaial dirigeban[ti]. Regales in hanc sententiā scripte fue  
runt Hungaros in armis esse/magnūque rursus turchoz tabiem exercitū  
instituisse ut cladem priori anno receptam placantur/ Regis ergo

officiari esse/ dicatur ne q̄ ex germanie partibus impedimentum preste  
tur hungarioris qd ex cepto queat eos itinere renocare/ **D**icit si rex egerit/  
loco subhdij recipiendū esse/q̄ in re tanta/tam vtili/tam sancta/tam ne  
cessaria roman⁹ p̄nceps p̄stare debet **R**ichil h̄is responsū est/ **A**d iohā  
nem sue l̄cē p̄ guidonē duplamatariū transmisse sunt **C**abellari⁹ qui ex  
hungaria venit ait in festo diui nicolai vuentū regni apud albam rega  
lem esse habendū **P**enturūq; illuc polonie regem vt est hominū auda  
cia affirmauit **N**ica res si tanto tempore vel mors vel vita vni⁹ hominis  
ignorari potest **Q**uibusdā mentiri vtile est dum sic se exaltant **F**lore  
tinoz puerbiū est/dum bell a vident utendū esse mēdacijs **Q**d palati  
nus noster nō negligit/ **H**ic sunt om̄is pusillanimes vicioſi p̄fidi sceles  
ti q̄ se mendacio poti⁹ q̄ veritate defendūt **D**ocrates in iudicio rcus mo  
ri poti⁹ voluit q̄ falsitatis plena eschimis oratione libertari **A**biecte con  
ditionis est homo qui ne quid dignitatis vel fortunatum amittat ad  
mendacia configit **V**ir fortis et bonus nunq̄ timet dicere fateriq; vex  
**H**ic mitto ista viuiana nostra in iudicio est ōtra bartholomeū veronen  
sem/cuius causa plurimū vacillat **E**t si refutato impiali iudicio austrie  
tribunal nacta sit/qd forsitan sibi in damnū verget **C**onfessa iam est bō  
se plurima que fuerūt bruncenj obtinuisse/q̄ illa ex mariti successione  
ad se venisse atenderet **E**go sibi compacioz quam video vndiq; spoliari  
**H**ec magis bartholomeo faueo q̄ suam amittere pecuniam iniquum  
esse credo/cui omnino michil est et sororem habet annis nubilem & for  
ma pulchram **J**udicium crastina die habendum est **E**go multum horta  
tus sum ad cordiam/vt femina inclinaret/sed durior est adamāt **C**re  
do spem victorie sibi dataim esse/sed faciet coacta qd volūtarie recusavit  
**P**rocopius ex bohemia reuersus est/omnia illuc esse turbida refert **L**it  
teras tuas sibi restitui **M**aynardus de noua domo hic venturus est sed  
credo incassum **I**llistris conthorialis tua apud hiezesteyn bene valet  
**P**otuisti audiuisse quomodo apud fr̄ihugam nuncius germāni cui ny  
colaus interceptus fuit/et cū iuramentis obligatorijs relaxatus **I**dem  
factū est hic wienne/nuncio aduersarij q̄ p̄cessus apud multas huius  
verbis eccl̄as publicauit **N**am omnīū rerum vicissitudo est **E**t qua mē  
sura vtimur in alios/eadem ergo nos vti fas est **S**cripsi magnificen  
cie tue/wolfgango vt mandares ne pecunias meas retineret **H**abebit  
enim modum vti spero et satissaciendi michi & reseruandi tibi bonam  
partem **E**go tamen quas recepi pecunias nō denegabo in rsum cancel  
larie si opas fuerit **A**lia nunc scribenda non occurunt/ **C**ommen  
do me tue magnificentie et cuius collegis/ **I**udicium et vltiū

iubeo salutem esse cum omni familia tua/iustibus tuis obedire paratus  
Ex vienna ipso die clementis Anno. 1821.

**D**e sepulchro pataueni episcopi.

**E**nreas filius imperialis secretarius apud Regem etissimo in Christo patris et illustri principi leonardo episcopo pataueni Basilicam diui Stephani prothomartiris cui presides in urbe tua pataueni cum nuper intrassem mirarero veterum sepulchra Nichil inquit magnificus gaspar cancellarius adhuc vidisti moderni inspecta dus est lapis. Dequentio die cum viri prestantes aduenissent hilues ter chiemeni episcopus ac iohannes magister regie camere tu illos cum cancellario postquam solemniter recreaueras ut lapidem cerneret adduxisti. Nec dedignatus es me quoque inter spectatores vocare. Vidi ergo mirificum marmore quod tam subtili ingenio sculptum erat ut vel fidie vel praefitelis opus videri potuerit. Nec meo iudicio qui tamen romanas statuas contemplatus sum aliorum edificij quicquid huic operi poterat adiungi. Vera illuc tua iacebat ymagis crucifixus rehudebat. In insulis quoque circa beatam virginem bis tua effigies cernebatur. Ad pedes tuos duos leones tam vivis similes ut terroris ingererent aspicientibus Angeli vindicis quasi volantes astabant. Insignia tum tue ecclesie in plerisque locis visebantur. Laudau ergo te mirum immodum qui et si altum tenes dignitatis gradum multaque possides opes non tamen te esse hominem obliuisceris. Sed quod est hominis sapientis et mortalem te nosti et de morte sedulo cogitas. Quo sit ut te non mihi iustum iudicare possim. Nam qui vivendo moriturum se continuo meditatur, is procul dubio et vitam dicit meliorem et cum dies obitus adeat minus angitur, quia preuisa iacula sicut gregorius inquit, minus nocent. Et facile contemnit huius mundi blandicias et inquinamenta refugit qui se semper cogitat moriturum. Unum tamen in tuo sepulchro defuit, quia non erat illuc epythagium te et tuis virtutibus dignum. Volui igitur supplere defectum edidique nonnullos elegos, que si placebunt in aliqua ex lapidibus sarcophagi tui parte poterunt insculpi, et ad posteritatis deduci memoriam ut non solum presentes sed etiam futuri populi qualis prelatus fueris et quod ecclesie utilis recognoscant. Et qui tibi succendent non locum dumtaxat sed et virtutes tuas habere procurent. Dicta via pterea per hos dies epistolam quam usque romam mittere statui ad campiolum philosophum elegantem amicum optimum meum. In

qua de tuis artibus ac magnificis edificijs mentionem feci Illam tibi  
nunc edo ut si quid emendandum sit prius iudices q̄ tabellatio config-  
nem quem propedine sum habiturus Vale optime & fac q̄ tuus eneas  
si fas est dicere tuissimus sit Ex urbe tua pataue p k'l iulij Anno 1442

**T**Exponit quo pacto episcopus pataueni fredericum ce-  
larem honorauit.

**E**nreas silvius imperialis secretarius D p d Johanni campiho  
prestanti philosopho et amico veraci Jubet lex amicicie omnia  
inter amicos esse communia sive modesta sive iocunda que con-  
tigerunt Te hec philosophia iam dudum et a tenetis ut aiunt vngui-  
culis edocuit ideo non agam hoc pluribus sed ad rem remiam Magna  
michi per hos dies oblata voluptas est ad cuius plenitudinem sola tui  
presentia defuit que michi omne gaudium solidius reddidisset Sed co-  
municabo tibi litteris quod verbis nequeo quis et calamus impotens  
est omnia reserare Audi tamen et voluptatis mee portiunculam recipe  
Si uix nuper apud viennam plurimum mestus quia cesarem nostrum  
res tum ecclesie tum imperij timebam negligere Nam quod dictum &  
scriptum fuerat de conuentu noorenbergensi videbam quodammodo pos-  
tergari Sed aduenierunt moris regia mandata que nos sequi regem iu-  
bebant quoniam is die iouis ix iulij ex noua ciuitate recesserat iter su-  
um versus noorenbergam continuaturus Letati omnes hoc nuncio su-  
mus Ego cum magnifico cancellario gospere tui amante regiam maiest-  
atem biduo sum securus Post cum rex oppidum suum quoddam extra  
viam positum visere vellet nos anasum percepimus ubi olim eccl̄a me-  
tropolitica floruit laureacensis dicta fuit enim laureatum urb̄s ad  
modum insignis in ampla camporum planicie et super flumē quod eti-  
am anasum vocitant Sed postq̄ achilla rex hunorum urbem hanc dele-  
uit ubi arx erat oppidum ex nomine fluminis restructum est Sedes  
vero metropolitica in saltzburgam translata Hic una nocte consedim⁹  
Postera die cum duo miliaria truchonica confecissemus nemus supra  
collem transiimus castellum conspicimus ecclesie pataueni quod alij  
aporum planicierum montem appellant Ibi platus insignis residebat  
leonardus episcopus pataueni qui suscepturnus regem illuc obuiam ve-  
nerat Tu hominem nosti Nam et hic vienne fuit cum tu cardinalem  
sancti angeli securus regiam maiestatem iam annus est visitasti vie  
elegantis stature blandi colloquij ingenij prudentis ac liberalis qui  
primum in concilio regio loquim tenet Hic rbi ex alta speula cancella

riū vidit aduentem niare stallum suum obuiam destinauit qui nos ad  
secretam viam dedaceret In publicis autem diuersorū pceptū erat  
ne quid nobis venundaretur vel ad hominum vel equorum vsum Et quia  
dispensator cancellarij puererat iamq; xpīna armauerat omnia ius  
sit eripi Nec vnu ex familia nostra passus est extra arcē esse sed equis  
etiam pabula ministravit qd ubertū triduo factū est Venerabilis igit̄ ad ei⁹  
ospectū Postq; hic diuina pegetat Non tam letus herculem suscepit  
euander aut achestes anchisen q̄ hic nostrū cancellariū Nam et illum  
et nos singulos blando vultu et alacribus oculis ad se recepit modesto  
qz visu quoilibet amplectabatur ac dulcissimis verbis consalutabat et  
vt quilibet valeret paucatabat Nec nos vti seruos qd nō erat impar  
sed vt filios vel fratres ptractabat Nemo crede michi est iohānes amā  
tissime q̄ vniq; viderim tam benignus atq; human⁹ in suos hospites/  
tam magnific⁹ in edificijs tam splendid⁹ in ciuiijs tam largus erga  
personas miserabiles tam equus in subditos tam iustus in omnes q̄ il  
lum prelatū accepi Hospitalitatē magnificentia ac liberalitatē ego ipse  
sum contemplatus Neq; hic sicut pleriq; bona ecclesie inter necessarios  
partitur aut in alios inlaudabiles vslus auertit Sed elargit paupe  
ribus xp̄i q̄ plurima Nec p̄nceps est hijs in partib; antz cuius hostiū  
plures pascant inopes Taceo elemohnas quas clanculum facit Nam  
et comitibus et baronibus nonnullis occulte subuenit quos vota fortu  
ne instabilis precipitauit Patet preterea dom⁹ eius p̄claris semp hos  
pitibus Et licet ea c̄fidentia quam sibi albertus austrie dux fecit qui  
postea rex hungarie bohemie ac romanorum fuit in octuaginta milibus  
aureorum suam ecclesiam damnificauit hic tamen postea q̄ pacem nac  
tus est in edificijs tum castroz tum ecclesiaz reparandis septem et vi  
ginti milia florenoz exposuit In redimendis autem sensibus ac p̄dijs  
pignore datis tria et viginti milia Utinam tales prelatos tridentina  
sortita fuisset ecclesia/ Sed quid ego ista commemo ro/ sequar quod ce  
pi Erat iam prandium opiparis epulis appositum Ascendimus aulam  
ibiq; iuxta fenestram quam leuis aulta perflabat consedimus Primus  
erat episcopus secundus cancellarius tertius illustris comes ortember  
gen⁹ quartus prepositus fruhugen⁹ vir et nobili loco natus et iureis inter  
pres Sed nec michi ultim⁹ locus in tam sublimi mensa negat⁹ est Cre  
do me alienigenā honorare voluerunt Nichil laetus illa quadra fuit  
nec tam florentes epulas metellus questor hispani dicitur habuisse  
se nec tam exquisita fercula crispinus aut apicius et alij romani  
vorabant Postq; abrogatis cibariorū legibus prisca siueritas

luxu cessit maligno/mos germanorum est pisces carnibus adniscere/  
nec felix putat qui tantum carnis vescitur. Quauissimi igitur fuerunt  
pisces appositi quos tum danubius propinquus/tum trauna pterlabes  
administrabat. Necio quem accipens se laudat antiqui quas ue mure  
nas. Ego inter edendū sepe recordatus sū eius quē aristotiles dicit collū  
gruis optauisse vt q̄ maxima ciborū voluptate p̄fueret. Inter carnes  
autē ardeam omēdū turdos altiles orices ceriū apum leporem om̄it  
to reliqua. Nec dum hec legis saliuam in labia deducas/mūdatosq; dē  
tes lactua fatigē. Inter alias autem voluptates iocundissimum etat  
seruatas per hyemem glacies in feruentī estu mense apponi vīnaq; il  
lis reddi frigidiora. Quid tibi de urbanitate facecijs mīroq; dicendi  
lepoře huius prelati satis potuerim dicere. Vant nonnulli qui hospiti  
tes quasi verecundia coacti vocitant omnemq; mortuum dimūterāt. Ac  
cū agnum lacerari dentib; cernunt nō min⁹ tristānē q̄ si p̄pria mēbra  
mandarentur. At hic presul tunc dolebat tunc increpabat hospites cū  
cessare videbat. Nec q̄ edilia ponerentur sed q̄ non esa fuissent quere  
batur. Q̄ si vt dicimus nobilitat multum frons generosa dāxes/ quid  
tunc dicemus cum laute mense copiosisq; apparatibus et vultus leti  
et verba ḡtissima adiungunt. Postq; vero exempta fames epulis men  
seos remote sunt/ ducit nos pontifex per castrum locaq; singula mons  
trat/ situm ostendit et quicquid est laudabile in aperto facit. Prebe au  
res paululum/ locum tibi describam vt cum legetis exhibeat etiam  
possis. Castellum hoc in ea terra est que inter bauarium et austriam ia  
cet marcionatus anah. Quidam volunt hanc esse portionem austrie  
postq; ibi ducatus erectus est. Dedit autem castellum in rupe tramie  
cui ab oriente austria/ et ab occidente bauaria. Scram sibi bohemia p̄  
bet austrum sacia. Trauna fluvij est mīre perspicuitatis qui ex alpibus  
sarie p̄cipitatus quosdam lacus efficit. Exinde per quinquaginta milia  
passuum discurrens/ planiciemq; peramenam secans non longe ab  
hoc castello fertur in histrum. Habet hic annis mīri saporis pisces.  
Nec scio an aliis feracior sit. Deiphiam tibi cursum eius qui admo  
dum brevis est. Ius in eo piscandi multorum est. Patauenis ecclesia  
p̄ij. habet pescatores/ quorum quilibet tres ministros secum dicit. Dux  
austrie quatuor. Comes de scaumberga totidem. Dominus walsee pre  
positus sancti floriani Domini de trauna et de lichtensteyn totidem  
qui pro libitu suo pescantur ac familias suas nutriunt. Preter has  
tamen qui in horum manus pisces adueniunt ad theolumum ha  
ius oppidi quadraginta piscium modij quotannis dicuntur ex hijs.

qui ad mensuram venundantur. Nam grandiusculi nameratum venduntur Madius autem permagna mensura est et ultra quod reputes capax. Quid plura Nusquam terram aut arenam iuxta hoc flumen effodierat quoniam aqua intercrescente mox pisces inuenias. Hoc quod admodum vides ad ornamentum castelli locorum voluptatem plurimum conductit. Sed adhuc amplius te michi totumque intueri melius. Michi si castrum aliquod detur inhabitandum ubi ad recreationem vivere velim hoc potissimum placeret. Quid enim est ad plenam letiani necessarium quod hic desideraretur? Fateor non esse hic vineta seu oliueta/non ficus non cedros/non poma punica et alia quedam que apud ytalos habentur plurima. Sed vina hic ex austria quamq[ue] gratissima preferunt amica nature/gustuq[ue] suauia quam nos in prandio affatim bibimus? Nec ex athensi desunt aut ex tergesto/ quia ubi pecunia est illuc et vina rehunc? Quod si desunt racemi et cum fructibus melones sunt pica et poma admodum gustui sapida/sunt cera sa multi modi generis. Est aer saluberrimus. Ventulus suavis. Si nudus incesseris h[ab]es aperueris/si ventrem ostenderis et quantum flatus aure percepferis/nichil exinde lederis. Cum estus est quantum alibi magistrinus semper in castro flatus respirat amenus. Prospectus illinc ad nouem decem uectus teuthonica miliaria protenditur. Videntur montes nemora fluuij campi colles culti/vireta iocunda. Hinc teauna currit illuc hyster prolabitur. Prata quamplurima ridentia cum tempus fert circumspiciuntur. Pomeria circa castella tria sunt. Duo altissimis communica foueis/nec vctibus omnino nuda ubi stationes habentur umbracula contra solem aptissima. Si piscare velis aque in oculis sunt. Si auipari sexes quamplurime aviculis referete circumstant. Si tibi venatio placet rix ad milie passus hilue distant/quarum vis ferarum genere plene. Est in colle proximo nemus umbrosum altissimis queribus septum quod fouea sepsorum cingit in modum porci seu leporarii. Vbi quamplurime fere conclusae sunt. Ilic etiam nisi sunt quamplures quos in arboribus humana diligentia ad ordeorum in usum custodit/que ibi portentis cibis nutritiuntur. In planicie feraces sunt agri tantum frumenti filiginiisq[ue] redentes/ut ex eo quod superest castro munito facile possit vini opera tari. Hec foris sunt. Nunc arcem ipsam interi? spicere. Est ut dixi supra alta rupe constructum castellum ex tribus partibus ex planicie sursum erectum ac sua natura defensum. Pars quarta duplicem habet foueam/pontemq[ue] duplicem. Profunditas fouearum altissima est. In hac parte tertia est in celum tendens undiq[ue] propugnaculis communita. In cuius summitate custos rehidet qui cornu tuba perpetue clamitat.

Interdum et rusticam musam exagitat. **M**urus cancelli vndiqz duplex  
est / et in plenisqz locis triplex. In medio vero platea est arcularis. **V**bi  
qz fons amemissimus staturit ac per fistulas ereas bis sex/aquam pro  
pinat. **F**ontis ambitus marmoreus est. Inter columnas medium est taber  
naculum qd desuper eminet et eum mitifice structum ut elcaneis op  
diuidices aut policleti cuius fabrica trecentis et mille aureis empta est.  
**D**eptem circum pccere ac frondose vlni tendunt in celum que umbra  
gratissima reddunt. **C**ena dum estus est in cancellis apud huc fonte pa  
pisces ex fluminibz in fonte tanqz in viuariu reseruantur. **A**c dum sedes  
in prandio capi pisces et in coquimain deferri cernis / quos eustigio coc  
tos manduras. **E**st et aliis fons lapideus dulces et perlucidas aquas  
effundens. **T**ertius in coquimain est cuius cannale limphas in quaslibet  
ollas igni admotas inferunt. **E**st preterea huius castri mitum priuile  
gium; siue consuetudo / rituale qui circum habitat obnoxij sunt quevis  
necessaria ad usum castri pkerere / exceptis his que maioribus habent sump  
tus. **D**ant caseum buticum lac lignu et fenum ad cloacas oportunu / gra  
tis mandat domu / ligna scindunt / discos mensarum exhibent / scutellas  
et cacabos lauant. **P**ost hec capellam vidimus ad diuinum cultum per  
cenatam ubi tres are consecrate sunt. In ambitu superiori post aulam  
maiorem habitatio regi parata erat ubi hec loca notauit / stufa una  
tapetibus ornata et attrebatisibus pannis / camera per ampla ubi et  
lectus aureis ornamentis et apparatu regio relucebat. **E**x qua et fe  
nestra quedam in capellam piebatur intiuimus. Erat et studiolum per  
pulchrum. **K**ursusqz alia camera propinquia post habitaculum extra  
murm castri pontibus sustentatum vndiqz patulum in occiduum et sep  
tentronem meridianumqz solem respiciens ubi semper aura suavis respi  
rat cum alibi feruidus estus sentitur. **E**xinde aditus per pontes in alte  
ram fecitur camera que extra murum trabibus sustentata est / et orientem  
arctorum et occiduum solem intueretur / quam marescallus regius inhabitat.  
**S**ecundum locum dux sigismundus obtinuit qui et aulam et stufam et tha  
lamu in minore cultu qz rex habuit. **I**pse hibi pontifex cancellariu seruauit.  
**U**bi rursus alia mansio suis membris ad usum principis erat ornata  
cancellario ppulchrū thalamū in alta turri et sub eo ultero regis con  
ciliario / locum castri qui respicit orientem meridianumqz solem pfect  
tus artis cui iudge ac nonnullis nobilibus dominabis occupauit. **N**am et  
ibi mansiones qz plures fuere tum ample tum decole cellaria sub castro  
per ampla et stabula multa. **I**nter castellum et flumen traunam villa que  
dam fuit aperta quā hic pontifex breui tempe cinxit et ad incalentium

ut etiam armavit atque hys in locis romanoꝝ regem et sigismundum  
austrie duce suscepit honorauit pauit atque omnē equitatū peditatuꝝ  
recreauit Neq; atentus hys sumptibus rursus cū rex linchiā preissū cū  
cancellario viam p̄ipuit ac pataue apud regiam maiestate mansit Est  
autē pataua p̄elata diuerso ciuitas inter danubium euūq; sita quā prisci  
cesares eccle tradidere Danubius ex montibus sueuie venit Euus ex  
alpibus que germaniam ab italia disternat atque hoc in loco mix  
tus danubio nomen amittit Urbs ipsa in longum tenditur nec mag  
no negocio formam insule suscipret si quis ab eo foueam in danubi  
um duceret Nec enim quingenti passus sunt ex una in alteram aquam  
Hup euo pons est ligneus q; sexdecim habet arcus et ciuitatis partē q;  
trans flumē est ciuitati maiori coniungit Est et aliis pons sup danubium  
p quē via est ad montes q; bohemiam respiciunt Post hos montes fluvij  
alius niger admodum plabiē q; ex bohemia veniens oppidulum iudeorū  
et tertia pataue parte diuidens sub castro presulis danubio quasi ex  
opposito euo se immiscet Itaque tria flumina uno in loco coniunguntur Ac  
aptere locum istum quidam verbo ytalico passum hoc est transiit  
citant Nam et per hunc locum merces ytalie in bohemiam ferrebantur  
Et superiores teuthomici austriam vel hungariam petebant sicut et ho  
die fieri videmus In medio urbis templum est diui stephani primi  
martiri⁹ huius episcopatus patroni egregie ceptum sed nondum per  
fectum Chœus hic admodum pulcher edificatur Sed quia parce in  
mis tum ciuitas tum capitulum ad fabricam conferebat leonardus  
episcop⁹ magnam pecuniam ad hoc opus dedit Adeoꝝ iam celeriter  
edificatur ut quadriennio putetur ex integro perfici posse Apud hoc  
templum eedes episcopi sunt ad eam partem que respicit euum tum ca  
pacissime tum splendidissime In quibus fredericū cesarem ac sigismun  
dum ducem aptissime collocauit Esset iam admodū longa epula si tibi  
om̄s edium ptes vellem describere si vel capelle reliquias sanctas vel au  
trois pannos qbus vndiq; muri vestiti erat ostendere ostenderē Nescio qd  
princeps non se hys edibus egregie habitare putaret Ego et regibus et  
cesaribus atque iphiſ ecclie romane summis pastorebus commendata  
tissima vel conuenientissima hec palacia iudicauerim Nisi qd  
hussitaz more nimis sumptuosa hec sacerdotibus existimauerit D; nec  
hic solum habitacula regibus digna sunt Trans danubium due quoq;  
sunt arces ep̄i altera in summo montis cacumine altera in radicibus  
apud aquas ubi danubi⁹ et niger bohemie fluvius q; etiam fert uno  
nes coniunguntur Est ad sublimiorē arcam grandis ascensus atque

difficilis que tantum ex uno angulo potest oppugnari Sed tot ibi mutationes addite sunt tam murorum quam fouearum ut expugnari posse nulla vi hominum videatur Ibi et aule sunt et camere splendidissime quas qui viderit nec oenacius aliquid nec municius usque esse putaverit At ubi descendenteris in arcem que infra iacet oenatum maiorem vi debitis testitudinatae cameras et aulas quamplures lectos ad regium cultum stratos Mirati ergo potius quam commendare potui Hunc meo iudicio trutphonici mirabiles mathematici omnesque gentes in architectura superant At hic episcopus precipuus est huc suapte natura in hoc inclinatus hinc peritissimis magistris eductus Vidi ego quamplurimas arcas tum apud porticos tum apud alias gentes Sed et ille vel ad bellum sustinendum constructe vel ad voluptatem parate fuerunt Has vero leonardus episcopus ad utramque rem modo artificio coaptavit ita ut nec ad iocunditatem nec ad tutelam ulterius quicquam desiderent Que omnia cancellario et michi ostensa fuerunt dum pataue regem operiremur Venit autem rex die lune cum sigismundo duce papa kliulias triduorum manxit quem patauenus episcopus cum omni familia tam copiose quam splendide pavuit Nec aliquem vel principem vel priuatum hominem qui curiam sequeretur passus est pataue obulum exponere Cunctis ipse sumptus quam liberalissime prebuit Si qui fuerunt qui verecundia ducti nollent ferrula petere illis usque in domum ubertim edilia mittebant et vina Nec potuit aliquis cibum mordere qui non ex episcopi coquina venisset Cum rex moneret episcopum ne tantis se sumptibus honoret tace inquit rex nolo cum hac vita migravero patronus meus me arguat stephanus qui scit hec bona sibi per tuos predecessores elargita dignaeque tibi ex illis honorem impendi Ministeri preterea esculentia et poculenta equorumque pavula tam voluntarie exhibebant ut tunc se quam maxime lucrari putarent cum effusus dispensarent Ego mihi iohannes non potui dum ista cernerem non letari Videbar videre prisca illos et admirabiles viros quos tantopere commendat antiquitas si aut de seneca scribunt pisoneque gneo et cotta quibus et titulis et fastibus maior fuit donandi gloria Fortunet deus hunc presulem vitamque comicis prebeat et annos nestoris Sapientiam autem eam sibi usque in finem vite prestet quam modo habet Nam et si multos sub se populos tenet et castella ultra triginta possidet et dyoceshim ad trecenta milia passuum extensam a ratispona prope usque in posonium quod est hungarie oppidum regnat tanta eius tamen est prudenter singularisque virtutis ut nichil dubium sit sub eius gubernatione

prestantissimam hanc ecclam tam in spiritualibus q̄ in temporalibus p̄speta  
ri. Vale campi optime & huius clarissimi viri laudes reuerendissimo domino  
tuo meoq; cardinali tarentino et ceteris romane curie senatorib; expo  
ne. q̄uis taretin? ipse prelatū hunc et noscat & amet. Ex patavina decio  
kl. Julias Anno. 1488.

**T**Commendat amici et suorum familiarium causam.  
**N**eas filius. D p d Magnifico domino gasperi slick imperiali can  
cellario. In signe letatum militē p̄copiū rauensteyn q̄ti faciam  
quāq; amē mltis signis potuisti intelligere. Is nūc ecclam bu  
dōmīcēn germano suo offerri petit. Ep̄s ali⁹ bohem⁹ dicit eā sibi p̄missa;  
Nichi stat hunc ep̄m nō vacaturā s̄ vacante impetrasse. Et q̄a tūc nō  
vacuit vana fuit ei⁹ impetratio. Potestq; regia maiestas vt vult inde  
disponere. Consulci⁹ videlicet p̄copij fratré q̄ illum ep̄m p̄moueri. Nulla  
sentio q̄ scriptis nolo committere. Tu amas p̄copium & ab eo amaris/  
ideo nō expedit ne mltā dicere. Di qđ tamen p̄ces mee valere p̄ eo pos  
sunt/scito omni conatu et integro corde iphus me omodum cupere. Nos  
pes noster vellet ad te p̄ficiisci tuoq; auxilio p̄sentiam regis habere/si sal  
tem triduo in noua ciuitate rex fit mansurus. Q̄ si hic venturus fit ex  
spectabili eius aduentus. Tu velis me quid fieri debeat instructū face  
re. Dum tergesi⁹ essenti p̄terita hyeme exposui maiestati regie manes  
fuisse quas p̄ medium tuum p̄ meis familiaribus regias pieces impetra  
ueram q̄a non essent vere collaciones. Pecijos alias pieces/si locus va  
cans reperiretur. Annuit rex p̄sente wilhelmo tam p̄thonotario. Nunc  
dicit michi iacobus locū esse vacuum quem in scedula tibi significo. Pe  
to vt p̄mittas p̄ iohanne familiarī meo ad collacionem istam pieces  
expediti⁹/quia ex hoc magnum me beneficium recepisse putabo/q̄uis  
tot hinc tua erga me merita vt filete potius q̄ amplius petere debeam  
Sed facio sicut rustici qui postq; vident se non posse obligationibus sa  
tisfacere/curant ut obligationes ipse q̄maxime sint/Domini quoq; id  
solent querere ut seruos suos q̄ obligatissimos habeant. Vale et me tu  
um tuissimum facio. Ex wienna die secunda Junij Anno domini Mil  
lesimo.cccc. xlviij.

Commendat couarelle negotium.  
**E**neas filius. D plurimam dicit Magnifico domino gasperi  
slick imperiali cancellario. Guido tabellarius apostolice sedis  
ad me hodie venit/litterasq; michi ex roma reddidit iohannis

campisij et petri noſ tam qui michi ex tota humani generis societate  
ſunt amicissimi **H**ij venerabilem et ornatissimum virum bartholomeū  
conarellam ſecretarium et cubicularium apostolicum magnopere com-  
mendant Utq[ue] reſ ſuas iuuem non ſuadent tantum ſed cogunt/ quale  
negocium fit non ſcio **D**ed id magnificentie tue ſcribitur tum per eun-  
dem bartholomeum tum per alios audio illum tui germani cauam to-  
to conatu promouiffe dum reſ ecclie frixiugen[us] come tractabatur/ Ali-  
unt preterea hunc eſſe apud ſumnum pontificem magno loco/virum  
q[ui] et litteris et virtutibus ornatum **Q**uib[us] ex rebus hi quid apud te  
robois meis in eſt precibus peto rogo et ſupp[er]lex oro ut rem huius viri  
expeditam reddas hi modo eſt que poſſit impetrari **N**am et graciā red-  
des homini bene merito/et amicis meis qui tui ſunt ſerui plus com-  
placebis q[ui] montes aur[um] reddideris **D**ic eos in hanc rem affectos vi-  
deo **T**uum eſt morem ſeruare reuſtum qui felicitatem tuam ſoles in  
acquirendis amicicijs collocaſe **R**eceſſum regis ſuumq[ue] tranſitum hinc  
iuſſisti et hamiforū et ceteris ſociis ſignificau[is] **H**eboldus in balneis  
eſt hospes dubius eſt venturus ne ad te fit/ ego diſſuah quia et tu hu-  
c venturus es **V**ale optime **E**x wienna die tertia Junij Anno domini  
Millemo.cccc.xliij.

**T**on geatulatur episcopo nouiter assumpto et qualiter  
vivat admonet.

**E**reas filius imperialis ſecretarius **D**ep d Reuerendo patri  
et claro principi domino iohanni de aich electo eystenē ſecili  
ti benigne pater optime q[ui] in litteris tuis quas huc ad amicos  
imifisti de tuo ſuccesſu mei quoq[ue] memoriam habuisti **N**ec em eneam  
tuum que tibi obuenet[ur] bona ignoreare voluisti q[ui] ſciebas tuo gaudio  
ſolide gauſurum **E**go igitur vir preſtantissime graciaſ in p[re]mis op-  
timō et maximo deo reſero qui te dignis honoribus extulit **P**oſt hoc  
laudo magnopere capitulum tuum/ ſingulosq[ue] canonicos qui ſue priu-  
ſorem ecclie non ut pleriq[ue] faciunt in doctos imperitos in expertos in-  
ertesq[ue] affumunt/ ſed te virum ſciētia iuris et omnium litterarū pericia  
clarum/ in rebus agednis diu versatum/ apud principes etiam ſingula-  
ri ſolertia preditū elegerūt **V**tinā horū exemplū et alij ſequentē **N**em  
pe non ſic laycoꝝ impreſſionibus ecclie terre rentur hi earum gubernia  
cula apud eos eſſent quos ſtudere ſapientie contigiffet **P**oſtremo tibi  
admodum regtacior qui fact⁹ maior non deſpicis me minorem ut ple-  
rumq[ue] fieri ſolet **M**os em hominū eſt ut que inſta ſunt ſemp atemnāt

Hinc vulgo proverbiū est: societas hominum dīritim quociens aliam aliis dignitate vel opibꝫ excedere cepit. H; ista inter plebos attingunt qui non in virtute sed utilitate omnem vite rationem ponunt. Di ci autem boni et virtutis amatores ut magis eleuantur eo magis amicorum meminerunt. Nec enim aſſicanus iūmō lelij vñq; oblitus est aut eum peruifcit q̄uis ipſe fortunatus ille vero captiuus es set sed libertatem amico impetravit. Amicia namq; que inter virtuosos est nec varietate forūne nec tempore dīminuit. Ita inter nos esse video bonitate tua. Quia licet iam inter antīstites ecclesiarum et seculi p̄ncipes sublimatus sis/ qui modo priuatus fuisti/ nō tamē mei memoria pomis. Sed inter varias ocaupationes que in p̄ncipis dignitatū adpetatum euenire solent/ inter magnas curas interq; diuersos strepit? de me scribere nō neglexisti. Judicium est hoc michi maximum firmam ēf se stabilem p̄petuam et immortale benivolenciā nostrā. Verū p̄ſul amātissime q̄uis ego michi gaudes q̄ amīū honoribꝫ auctum et in sublimi positum video tibi tamen an gaudere deleo hereo. Nam tuam dignitatē tuasq; diuicias/ multe cure multe anxietaes multi metus sequentur. Nec enim augeri opes possunt qn et labores crescant. Omnis potentia subiecta est inuidiz. Qui ep̄s est in specula sedet/ omniq; oculos in se cōuersos habet. Si bene facit/ fecisse debitum dicitur/ si male linguis omnī carpiſ. Addo q̄ nemo tam sancte viuere potest qn aliqui se offendos putet. Nichil est michi credere in hac vita mortali duris q̄ pontificatū gerere. In quo si deo places honnibꝫ displices. Veruare medium ardum est. Ptcumq; sit nauigandum est hoc pelag? p̄ salutē omum seruē dum est rei publice. Nec em̄ nobis nati sum? ut plato dicebat/ sed ort? nostri partē amici partem patrie vendicant. Ego autē addo partē quo q̄ debeti ecclē. Et si nos toto obligatos sibi dixerim que nos p̄pusto regenerauit non errauerim. Exinde cum te intus et in cūte nouerim moderationemq; tui animi sciam/ nullum mihi dubium est qn tuus honore p̄petuo duret/ cū tua sit virtus eterna. Et q̄a magistratus virū ostendit ut bias inq; in hoc pontificio tuo prestantes animi dotes que latebant manifestabis. Sed omnia hec cum labore multo diuerſisq; anxietaibꝫ facies. In omnibus hijs tamen moneo te precor obtulor ne magis populo q̄ tibi viuere studeas. Netice tempus tuum/ et aliud rei publice tribue/ aliud tibi retine. Relaxa nonnunq; curas/ animumq; oblecta. Scipio leliusq; de quibus supra memini/ q̄uis magni essent viri/

et rem publicam suis ingenis ac studijs sustinetent / nonnunquam tamen  
in laurentem agrum excurentes sic se ocio quietiabant ut conchas  
vmbelicosq; legentes ad magnam diei partem iactu lapillorum oblecta-  
tentur Oportet sic agere michi crede presul insignis Nam qui semper  
seria tractat quis non est mortuus tamen viuens moritur Tu ergo  
qui iam maximam dignitatem adeptus es / effice ne te magis dignitas  
possideat / quod tu illam in potestate habeas Multi sunt modi quibus a-  
nimis relaxatur Interdum libris indulendum / interdum renatibus  
non prohibitis ac pescationibus / Multi sunt modi menti secessus Cura  
ut fideles comites habeas cum quibus non aliter quod tecum ipse lo-  
quaris Inter omnia hominum oblectamenta / nulla maior voluptas  
est / nulla iocundior / nulla securior quam cum fideles amici murem coeunti  
Denique ita est nullius boni ut seneca dicit sine socio iocunda possesso-  
rit / Quod quis maior est quanto dicior / quanto potentior tanto fidelis amico  
magis indiget Tibi hec placibus verbis dico quod opus sit Tu hoc par-  
tim legendu / partim inter homines viuendo didicisti fac ergo uti opus  
scis Ego nichilphi congratulor quod te sic sublimatum audio Per ipsam  
tibi nuper de miseria curialium longam epistolam / sed tu iam in eo sta-  
tu es ut hys scriptis non indigeas Curo tamen ut epistolam vide-  
as Nam quanto maiores sunt illorum anxietas qui principibus serui-  
entes tedia subeunt curiarum / tanto magis letaberis cum te hys libe-  
ratum videbis Apud ytalos anthomius massanus ex ordine minorum  
magnus verbi dei predictor fuit Cuius sermo tam populo acceptus  
erat / ut ad magnam diei partim absq; cibo audiretur Callebatq; ho-  
mo et in grecis et in latinis litteris Hunc sua virtus generalem ordi-  
nis magistrum fecit / post episcopum massanum Non tamen tot dig-  
nitatibus auctus sermones deseruit Ne presente sensis predicare de  
paupertate cepit / multaque incommoda pauperum multaque miseras  
in medium adduxit Exinde quid dicam inquit Tot sunt paupertatis  
tedia ut nichil supra Ego quidem gratias deo refero qui per episcopa-  
tum hys liberatus sum Dic ergo ei tu dicere potes Nam epatus ex mi-  
seris curialium te extraxit quod tam michi iocundum est quod tibi utile  
Tu vide ut diues factus sis non pauper Nam tibi facultas est qua po-  
tes quod multos ditare Cura homines dignos promoueras Non tamen  
sic te lege hac astinxeris / quin etiam pro tuo libitu aliquibus non  
excellentibus omnino beneficias Is cui scripsisti de tua promotione  
multum in te sperat Vir bonus est et tui amantissimus fac ut eius  
noticia non sit apud te infructuosa Inter alios autem quos dignos et

virtute prestantes ad beneficia ecclesiastica promoueris/ si unum vel al-  
terum minus dignum subleuaueris non erit reprehendendum/quia non  
vituperat qui errat semel sed qui nimis errat Concedendum est aliquid  
amicicie atque consuetudini non tamen cum preiudicio veritatis quam  
platoni pretulit aristotiles meo iudicio magis fame propter veritatē amore  
Michael phullenscorf secretarius regius ex tua promotione mecum le-  
tatus est valde Nec ego quemque scio qui hanc dignitatem in te collo-  
catam non magnopere commendet Vale ex wienna die xxii octobris  
Anno 1281.

**T**ed arguit arguentem et veram scientiam dicit scire  
moxi.

**E**neas filius imperialis secretarii Viro bono et amicostanti  
frederico tergestino cancellario. D p d Questus me tibi no  
scribere quibus michi scripseris aliquando Dicisq id esse signi  
nec constantis nec veri amici me fungi officio/sic enim refutunt qui ex  
te hac proficiuntur Facis hanc mancipia solent que ubi peccarint  
pius clamare et vociferare incipiunt propter domini/crimenq aliquod  
ex cogitant quod heris ascribentes/obliuionem suorum peccatorum  
inducant Ped erras non paciar tuam negligentiam inultam Nec  
propterea excusat eris propter prior conqueraris Hoc ego has artes/no  
ni has versicias/calleo has tegnas/nec me penitet baftum esse Nic  
hil agis mihi frederice dum me acutas qui numquam ad me scripisti post  
quod abste recessi nisi paucula verba quibus amici tui causam commen  
dabas Ego vero ad te sepius scripsi et ante propter item romam et post propter  
reuersus sum Si ergo me vincere vis non querendo sed scribendo id fa  
cies melius/nunc tamen misa hec facio veniamq do/si modo in futu  
rum aliter agas Ego nunc quod ad te scribam non habeo aliud nisi  
me tuum differim tibiq velle complacere te colete/te amare te obserua  
re vince tuum propter bonum statum/valitudinem optimam et tuorum feli  
cium successum optace Ped ista re vera sunt et tibi notissima/et inter amicos minime repetenda/qui magis factis propter verbis cognoscuntur Cau  
sa tuorum ciuium nondum est terminata Ego libenter viderem harum  
litium finem qui verbi tergestine ac ciuibus omnibus sum affectus  
Nec placet michi videre bonos illos viros ac sue rei publice amato  
res sociens hoc trahi Nec rursus libenter audio postponi negariq nos  
tro principi que debentur / Quid si essent mediatores qui studio pa  
cis intenti que sunt pacis consularent non tam diu res ista pondixeret

**M**elius est michi credere de suo iure aliquid et adicare cum pace / qd totum litigando consequi At ista viderint qui plus sapiunt Ego michi vivere volo non semper alijs Jam regia magestas beneficia michi largita est quibus possum honeste vivere Dequestrabo me tadem ab hijs curiarum miserijs Et quia senectus adest urgetq mors cogitabo quomodo bene moriar Id enim est recte philosophari id est scire id est esse sapientem Nam qui iura nouit et astrorum cursus et pluviatum ventorumq causas et argumentandi rationes et mensuram terre et carnis et orationis vites et omnem armoniam Is tamen nichil scit nisi mori scit Ultima humanarum artium mors est Qui omnia recte fecit et in fine deficit hijs frustea operatus est Insulsus poeta est qui actum quintum negligit Dic qui mortem nescit bene concludere demens est Curandum est ergo michi ut finem bonum faciam Hatis vixi Hatis puer et iuuenis fui Hatis mundo seruuiuymo nimis Jam hora me ad monet redeundum est in viam Faciam mihi fallor Idem tibi censeo facendum quis in eam rem iam dudum accinctus fueris persuera Coniugem tuam probam mulierem et honestissimas filias tuas atq filium tuum adhuc adolescentem et que iuuentis imperitat facientem iubeo saluere et incolumes esse cupio Idem iacobus facit qui iam est plebanus infirmis ecclesie selegit tibi commendat Vale et bonum opium vestri senatus principem meis verbis salutato Ex noua ciuitate k Julij Anno 1281.

**T**Consolatur amicum super amice fuga et capitolio agrippinensi.

**E**reas filius imperialis secretarius Johanni vrunt secretario insignis ciuitatis colonie Apud Plura tibi per hos dies scripsi litteras meas suscepisti letus sum qd si securus accidit egre fero Multa enim fuerunt que alienas manus incidere noluissent Ut cumq sit pauca modo vt ex me recipias velim annorum more qui tristitia dolent et leta gaudent que amici accidentur Johannes secretarius norenbergensis vir bonus doctusq et tui obscurantissimus ad nos iam reuersus est aitq te mesum reliquisse Nam et capitolina clades te quedam affecerat Nescio quid ex capitolio fugerit quod animum conturbavit tuum Is retulit suo in recessu te adeo dolentem fuisse vt ne verbum effari posses Non intellexi virum Dicebat enim in capitolio fui Illuc iohannes spe delicias ibi habuit Aufugerunt doluit non inueniuntur nimis perplexe locutus est Non potui

quid rerum esset agnoscere/solum te mestum percepi nec solationem  
recipere vach mi iohānes quid nam hoc esse potest Ego te virum nouū  
Vbi nam mutatus es Quid est q̄ sic te queat alienare Vici est sic suas  
caſtiones aſtituere vt nichil nouū poffit accidere Animaduertenda ſunt  
omnia futura et p̄petuanda eft animus ad ea ferenda ſi accidunt mala  
Nam que p̄uisa ſunt min? feriant iacula Di amicus mortuus eft/mo  
riturū ſciebas Di perdite opes ſunt/ſciendū erat hec fortune bona/ad  
nutum fortune ponenda fore Di amica recessit/ conſideranda fuit iſta  
bilitas malierum quarum voluntas in horas mutatur Nichil incerti  
animo femineo Nullus amor femine durat diu Fallax eft animal mu  
lier vanum crudelē abſq; fide plenum dolis Verum cum omnibus ini  
delez ſunt feminine ſenibus quidem infidelissime ſunt Tu mi iohannes  
in rēpetum pergis Nichil eft quod tibi cum feminis conueniat Dei  
ſui eſt et fabule Nulla te ſequitur mihi queſtus cauſa Abſit hoc maledic  
tum a te genus/quod et bursam exhaūrit et animam occidit Nempe  
mi iohannes ſi abiit femina non te leſit ſed alium leſura recessit/gaude  
quia fugit Ego hec dico qd michi ſic videt iohannes norenbergen iudi  
care/necio an verum fit Di aliud eft teiplum cura Nichil eft tam acer  
bum qd tempus non minuat Consule tibi iohannes et merorem pone  
Nam qui tristaf ob rem perditā ſeipſū cruciat et tamen qd p̄didit non  
recuperat Et ut tuſci dicāt Centū libe mēſtie debiti ſumma non expol  
uant Vale ex wienna die xx nouembri Domini Anno. 1288.

**D**icit ſuas epiftolas inaultas eſſe et tamen ſe laudari  
cupit.

**E**neas filius D p d Domino iohanni ſchindel ſingulari astro  
nomo viroq; pbatissimo Reuersus nunc ad cesarem inſignis  
miles procoptius rauenſteyn tui meiq; amantissimus retulit  
quod mihi ſumme voluptati fuīt/me tibi dilectum eſſe measq; litte  
ras quas ſepe ad amicos ſcribo tūq; iudicio admodum commendari  
Pecuniaq; apud me mihi eft Quid em in me eft quod a te viro lau  
datissimo diligi debeat Quid rurſum eple mee in ſe habent quod lau  
de dignum videat Nichil ego vñq; erga te boni operatus ſum Nores  
mei omunes ſunt viuo vt vulgus hominū facit Nulla singularitas in  
me eft>nulla preſtantia>nulla virtus que non alij omnis ſit Eple  
mee plane ſunt/aperiu ſtilum habet/ currenti calamo picte ſunt Nichil  
hijſ amissum quod in ſermonē vulgari non cadat Non eft in illis oena  
tus non lepos non grauitas/ Nuda ſunt et ſolum animi mei iudices

Cur ergo vel me celas vel illas magnificias non scio nisi q̄ homines  
sunt quidam tanta bonitate prediti ut omnia laudent / econtra quoqz  
malicia tanta quorundam est ut omnia que vident queqz audiunt vi  
tuperant Tu inter primos numerari vis et sapis certe qui laudando  
potius q̄ vituperando vis excedere / Verum tua laus q̄ michi ascribis  
et si meritum excedit meum / michi tamen iocunda est Quis enim  
non potius indignam laudem q̄ dignum vituperium ferat At quia  
laus ea demum dulcis est que a laudato viro processit / magno me  
munere donatum arbitror / dum tuis me verbis extolli audio / Du  
mus enim omnes cupidi laudis Et vt cycero dicit / optimus quisqz  
cupiditate glorie trahitur Lemnulus ille demostenes etiam susurra  
muliercule aquam ferentis oblectari se dicebat / dum audiret se tran  
seunte Hic est ille demostenes qui et senatum & theatrum sue ora  
tionis vi moderatur Oblector ergo et ego dum me tuis verbis com  
mendatum audio q̄pius non sim his quam tu iudicas Pleriqz hoc vi  
tuperarent / vellentqz potius contemni q̄ laudari / Verum ego has  
laudes tuas non ad iactanciam quia michi sum conscius / sed ad inci  
tamenta virtutum recipio / datus optam vt talis sim qualem me  
predicas / ne fama quam de me vulgo pieles omnino fit irrita Plu  
ra in hanc sententiam dicere possem / sed absit hoc loco disputatio /  
faceant argumenta Agamus inuicem ut amicorum est Nunq̄ ego  
te vidi / neqz tu me vti arbitror vidisti / sed tua fama facit vt te vnic  
obseruem / nam seculi nostri precipuum decus censetur / qui et syde  
rum cursus et futuras tempestatis et pestes / et steriles et fertiles  
annos solus vere predicere nosris Hinc ego te amo colo obseruo sum  
qz tuus Nam virtus huiusmodi et quos nunq̄ vidimus amare nos  
facit / Hinc veteres illos fabios / scipiones / fabricios ciuimcanos ce  
terosqz virtute prestantes qui multis ante nos seculis vitam exuerunt  
etiam mortuos diligimus / sicud et fundatores nostre fidei vel aposto  
los vel martyres singulari deuotione et affectu veneramur / Virtus  
namqz sui natura amabilis est / vicium vero odibile Tu ergo vir pres  
tantissime iure a me amat is quia tua singularia et prestanti virtute  
noscum ornas sequilum / me curtu diligas non scio / vt tamen dilige  
re non cesses oro et obsecro / magnificacio namqz tuum amorem et or  
nari me tira dilectione non ambigo Persuera igitur nam et si non  
sum quem teris / is tamen sum qui diligentes me recipioce diligo to  
tisqz virtibus amo Vale ex wienna vicechima nouembri Anno domini  
•1881.

**T**extus legatos regni hungarie ut ladislaum absq;  
conditione rezem recipiant.

**E**reas filius p d Vyoniso sancte romane ecclie cardinali  
archieps̄ stazoneū patri et dñō colendissimo Si quis me vo  
get p̄stantissime pater cui ego natus in eturia de statu regni  
hungarie loquā p̄sumā resp̄ indebo ne hominē esse et vt therentianus  
ille chremes dicebat humani nichil alienum a me putare Dicas me  
ptalum scire plures scire plures mei generis homines hoc in regno et  
opibus et honoribus auctos ad magnam gloriam euahisse Dicam me  
legisse hystorias inuenisseq; hungaros multis rictxīs claros nomē  
ad astra tulisse atq; idcirco sicut natura iubet eorum me virtutibus  
affici Quid plura xp̄istianum me dicam sollicitudinemq; habere vt  
xp̄istiana religio in tuto colloetur Quod sane fieri non potest nisi et  
murus eius qui est hungaria sit in columnis Dum igitur anxius nec  
aliud hoc tempore magis opto q̄ tue legationi bonum finem imponi  
Verum dum hec mecum sepius amino reuoluo multum hoc ex tua et  
collegarum duorum voluntate dispositioneq; pendere reperio Nam cum  
vbiq; id eueniat vt tunc res bene concludantur cum nuncijs quā eas  
tractant voluntarij promiq; sunt p̄to hoc magis nunc sperandum est  
si ws inclinati et affecti sitis quā non solum legati estis regni sed ip  
sum quādammodo regnum in potestate habitis quā qd per ws fieri  
contigerit nemo dubitat apud alios quorum nomine venistis haberi  
ratum Sunt igitur hee cause que me reverendissime paternitati tue  
scribere nonnulla compulerunt que et in bonam partem recipi precor  
et alijs collegis tuis comunicari quā et si vestrum acre iudicium que  
regno vestro oducant op̄tame videat non tamen qd exteri sentiant neg  
ligendum est Loquœ autem cum dignatione tua tamq; ceteri ex colle  
gis audiant In principio q̄ meorum verbo:um id illud fundamentū lo  
co recipiam quicquid homines ex suo arbitrio faciant id sibi utile iu  
dicare Nam quod sibi damno sit nemo sciens wlenseq; facit Vos igit  
hungari vici clarissimi quā huc venistis in conuentu pestieni prius fuiſ  
tis ac cum ceteris regni baronibus et accolis ladislaum rezem petere  
decreueritis nunc legationem explentes dari vobis regem cum sancta  
corona depositis Coronari denuo regem vultis homagia sibi pre  
bere et ipsum exinde in aliquo regni loco sub tutela frederici cesa  
ris sui patruelis constitui Hec est si recte teneo sumnia vestre pe  
titionis Quod minime conclussetis nisi et regno et vobis singulis  
id putaueritis expedire Quid ad hec responsurus sit cesar non scio

**I**d tamen scio quia et suam quoq; utilitatem et patruelis commodum  
cesarea maiestas intuebitur Nec scienter aliquid permitte quod suo  
et patruelis statui posset obesse Si quis ergo vult inter cesarem et ws  
fieri plenam concordiam is ea afferat que sint utriq; parti accommo-  
da Nemo enim sermonis ornatu et verborum lenocinio plus suadet q  
utilitas Cum ergo hijs in rebus que nunc aguntur et ws hungari res-  
trum commodum sequamini et australes suum Libet michi pauca de  
statu conditioneq; vestri in medium referre sic enim que sint wbis vti-  
lia melius intuebinnur nam et apud australes in eadem sententia sepe  
rationatus sum Vos quod ex pura mente sinceroq; corde premittitur  
benigna fronte et letis animis audite et que wbis sint vsui q; ius lon-  
ge melius prospicitis me referente notare non plegeat Status regni  
hungarie prochdole non sine graui damno totius christianitatis con-  
fractus quassatus laceratus et omni splendore mitoreq; pristino denuda-  
tus est Tantaq; mutatio in regno vestro a paucis annis citra facta  
est ut si quis procerum antiquorum iam ab inferis resurget hunga-  
riamq; intraret nullatenus suam patriam recognosceret Apud histori-  
cos veteres reperti vestrum regnum florentissimum quondam fuisse et  
hominiibus et opibus beatum Cuius tanta longitudo latitudog; fuit ut  
ab andrinopoli mariq; pontico usq; in austriam et a polonia usq; in si-  
num adriaticum protenderetur In cuius ventre septem amplissima reg-  
na cludebantur que a corona hungarie tamq; feuda dependebant ut  
merito quidem non tantum regem sed archiregem hungariam habere  
dixerim Nec sat fuit tot gentibus hungaros imperare sed ex se quoq;  
emiserunt qui omnem illam ptalie partem que olim gallia transalpi-  
na vocata est Hodie vero ab ipsis hungaris longas barbas ferentibz  
lumbardia dicidit occuparent Ex wbis insuper duces exierunt qui et  
almamiam et galliam et hispaniam invaserunt Nec gens fuit ex  
be toto que vestrum tunc regnum lassere auderet ita venerabile et  
clarum erat ubiq; terrarum hungarorum nomen At nunc lacerum q  
sit vestrum regnum ipsis scitis Circuusq; totum Veneti qui quon-  
dam profundo ciuitatis sue tributa pendebant iam dalmaciam mag-  
na ex parte tenent Turchi qui trans hellespontum formidare vestros  
rem et omnes suos Idcirco tamq fortis ad letham ac certator in medium  
campum occurras/et vt res successerit me certum reddas Eth ut glis  
cimus successerint apud regem et suos rem meam que tua est singula  
ri affectu commendata m suscipies/ut sic videam te alterum esse in te  
mea quemadmodum et in tuis agerem indefessus Vale et me ama vt  
ceperas licet absentem et insudes gratificari tuo humanissimo cesari  
**E**x gebennis tertia die octobris Anno. 1891.



**T**epli ene filij Episcopi senensis ad petrum noretanum equitem et comitem palatinum.

**E**nreas dei gratia Episcopus senensis domino petro noretano equiti et comiti palatino amico singulari. **P**ropter pupugerunt cor meum littere tue quas nudius quartus ex oratore florenti non accepi lacrimasq; meis ex oculis non paucas excusserunt. **N**am et tristes videbantur misericordiam quandam pre se ferentes et manu tua scripte nescio quid latentis euergie ad commiserationem provocandam amplius attulerunt. **V**idebar cum illas legerem tripsum videre et alloqui cui profero neminem et quem ante sex annos non vidi semel. Legi ergo scripta tua non sine lacrimis quas partim iocunda recordatio mutui amoris partim commiseratio tuarum adueritatum provocauit. Lacrimas nobis aliquando insperatum gaudium aliquando inopinatus meror extorquet utrumq; in causa fuit. **N**am suavis epistola tua non sperantem mihi redditum est que absente carissimum amicum presentem reddidit sed te preter opinionem mestum atq; afflictum ostendit. Itaq; cum prius tue manus characteres insperxi obvite lacrime testimonium leticie prebuerunt. Cum tuam cognoui calamitatem merori meo astipulate sunt neq; enim cum flente amico non flete et cum dolente non dolere fas fuit. At postquam melius ad me redi cum animaduerterem te responsum exigere statui satissimare desiderio tuo ymo verius meo. **N**am quo modo fieri potest ut ego scriberem amico non rescribam qui neq; hys responsonem soleo negare qui me oderunt. **M**ulta sunt prete amantissime in tuis litteris responsonie egentia quibus capitulatim annotatis et tibi et michi quam breuius potero morem geram. **A**lis ergo in primis permissum tibi fuisse quod me alloqui florentie nequueris. Credo equidem et eo mihi acerbius fuit quo magis preter speni tuo colloquio sum priuatus. **A**ccepseram namque bonorie te romam reuersum florentie morem ageare atq; ideo sive plenus iter acceleravi. Cum vero florentiam didici ex Roberto martello communii amico te validitudinis causa in villa lanari descripsi ad te si commodo tuo posses in urbem redires dum mandata cesaris apud magistratum ciuitatis exequenter. **D**emoratus sum illic biduo sed neq; tu aduenisti neq; rescripsi quiquam. **V**enisse ad te in villa nisi putassem oneri me futurum homini qui cum coniuge ac liberis secessisset. **A**bij ergo rursus Postea cognoui martellum cui litteras credidi non fuisse in reddendis illis ut promiserat diligentem. **H**enis autem mani apud necessarios meos dies octo neq; me tuus homo conuenit quem dicas a te missum qui me alloqueretur. **C**um essem rome paucis

que ad me sciphiſti habunde respondi. **E**t iterum post teſponſum alte  
ras ad te litteras dedi quas coniecto tibi fuſſe nō redditas qui nullam  
earum mentionem facis. **E**xſtimauī demq; cū redirem in germaniam  
te michi nullo modo eripi poſſe quin florentie conueniremus. **V**aledixi  
romane curie et collectis sarcinulis ſenatibus repetiſ eo animo ut ordina  
tis ecclie mee rebus ad imperatorem qui me reuocauerat q̄pp̄imū  
redirem teq; in tranſitu florentie viſerem. **D**ed que conſilia hominum  
certa que cogitationes rate obſiſtit / wtis meis caritas patie que diu  
tino afflita bello pacis egena quietis auida alphonſum regem ata  
gonum me petere hortata eſt ab eo ut ſalutem ſibi impetrarem. **S**frede  
rius quoq; imperator q̄ cognouiffet in iusto bello ſeneſ circumuentos es  
ſe mutato reuocationis mee proposito de componendis tufcie rebus mi  
chi mandatum dedit. **U**tq; romam et neapolim me conſerrem ea de cau  
ſa iuſſit. **E**go q̄uis in me nullum eſſet in tanto negatio momentum pa  
trie tamen non miseri non potui / neq; imperatori non obedire licebat.  
**R**edij romam ibiq; menſibus quatuor ſum retentus anteq; hinc dare  
exeandi facultas / nunc hic menses duos ago. **N**eſcio quis erit terum  
finis ſcio quid vellem video quod noſſem. **S**empre illud virgilianum  
ante oculos mentis mee verſatur bella horrida bella et tybini multo  
ſpumantem ſanguine cerno. **A**t que iam viſ hec syderum tam iniqua  
que fatorum diritas. **C**um quiesceret omnis ytalia patria mea quiete  
habere non potuit / qnque male bellum ſeneſ ducunt. **E**t que ciuitas ta  
opulenta eſt que non exhauriatur eximiamatur tam diuitio belli malo  
**N**emo tam robustus eſt quem non atterat continua febris. **D**icat ali  
quis Dabit deus hijs quoq; finem? **D**icio enim neq; tempeſtas eſt qua  
non ſequitur tranquillitas. **A**t multi pereunt priuilijs poſiti ventis ſter  
natur equor. **O**mniuum terum vicissitudo eſt. **S**ateor ſed nos interea pa  
timur. **V**erum hec mora non ſolum patrie cauſa michi moleſtissima eſt  
ſed ea quoq; ratione qd tunc pacem quero neq; illam neq; te inuenire  
poſſim / fero tamen pacienter qd ſine mea culpa cecidit te quoq; pro fa  
pientia tua idem facere velim. **D**ed pergo vltorius. **I**n tuis leis dicis te  
omnib; in rebus erga me vere amicicie officio functum. **C**onfiteor iſtud  
**N**eque ego me amicum habuisse vniq; ſcio qui te vere aut ſinceror fu  
erit. **N**am ethi ſolent res ſecunde immutare homines te tamen nulla for  
tune amplitudo mutauit. **F**uisti enee tuo ſemper idem. **N**eſcio quid de  
te alij dicant / ego te michi alterum ſcipionem alterum piladem atq;  
ut noſtris vtamur exemplis alterum ionatham ſum expertus. **Q**ue

cumq; volv; ex romano pontifice te adiuuante sum osecutus ffores tue  
que pre magnitudine negotiorum quibus destinabantur sepe cardina-  
libus obserate fuerunt/non michi tantum retum et internuncijs meis  
omni tempore patuerunt Cumq; ego me satis a nycolao papa euctu  
superq; sati existimare i nichilq; vltra peterem/tibi nullus in me col-  
latus honeste sufficiens videbatur q;uis episcopus ab illo creatus essem  
et inter principes ecclesie sedetur Cardinalatum quem ego michi neq;  
arrogabam neq; optabam quidem/ ene tuo cepisti querere/cum tu ip-  
se credo coniugio alligatus id consequi non posses me vnum a te dilectu  
esse qui eo proue hereture quo tua te virtus extulisset nisi matrimonium  
contrapusses Arbitrabaris igitur q;utum sentio honorem quo ego fungi  
rer tuum esse et te dici cardinalem si tuus eneas rubio pilo donaretur  
Effectum est igitur tua opera ut imperatori a nycolao pmissum sit Nam  
et is me promoueri optabat inter primos q; creandi cardinales essent  
eneam nullo pacto preteritum iti Idq; nycolaus ipse cesari affirma-  
uit et michi Idem quoq; duo vberimi testes imperatori suis litteris as-  
seruerunt sancti petri et sancti angelii cardinales quorum scripta q; q  
dem signata imperator ipse michi restituit Sed obijt ille pronissi ple-  
nus Credidit plus sibi vite superesse ut aiunt poete plus statimq;/ De-  
ceptus est non decepit prius et optimus pater Quem pro sua integri-  
tate non ambigo celicularum choris annumeratum Iamq; non cum io-  
ue illo quem summum seca dixit antiquitas sed cum christo maximo et  
singulare deo nectarea pocula siccata et de genimine vitis in regno prius  
bibece sessurum in iudicio cum p;ii apostolis duodecim tribus israel iu-  
dicaturum At q;uis promissa irrita sint inuanumq; tui conatus ierint  
non sum tamen minus obnoxius/ Voluntatem non factum metior Te  
q; ut ipse dicas amicicie sancte lezibus omni tempore satisfecisse non  
eam inficias Sed quoq;sum hoc mi petre/nunq; te accusavi nunq; de te  
male sensi Quid igitur an tu forte ingratum me iudicas qui non sum  
tui membra/qui cum fortuna a te recesserim Nam cur te ius amicicie  
seruasse dixeris nisi illud me violasse contendas Nolim petre ita de me  
opineris/et ipse lezes amicicie iniuiolatas custodio Sed times fortas  
se ne modo in vestram leniuolenciam peccare incipiam/nec sequar alios  
qui tua ope magni potentesq; facti nunc te persequantur Pessimum ge-  
nus hominum genimina viperarum/semen dyaboli Sed late patet vi-  
cium In deum christum qui nos creauit ingratii sumus/quid mici est si  
homines fallim? Ferre nos oportet quos deus ipse sustinet Non sunt  
omnes accepti beneficij memores Magna pars hominum eos perisse

expetunt ex quibus beneficia dsecuti sunt Dic enim se vinculo solui quo  
teneretur Neq; id falso omnino est quod sigismundum imperatorem  
frequentis sermone usurpare ferunt Pecunie vel gratuitum mutuum  
multos immetitos fecere Pauci quos equas amauit iupiter aut ar-  
dens exerit ad ethica virtus benefacti memores extitere Inter quos  
ego meum nomen dare haud dubito Nam ethi malta me vicia occupa-  
runt / diu a tamen michi cooperante gracia ingratitudinem tamen sem-  
per odiui / hjsq; totum me dedi quos mei amantes noui / Nunc tu me  
illis anumeres qui te post casum reliquere Dispar est illozum et mea  
ratio Illi tum primum te colere atq; obseruare cuperunt cum primus  
esses in apostolico palatio / pinguedinem mellis tamq; musce sequen-  
tibus / amicum pontificis non petrum amauere / officio non homini  
alludebant Nutati sunt te mutato / abierunt ubi cessauit stillare fa-  
uum / non sunt iniurij nichil est quod illis imputes / Quiescerunt in te  
magnum secretarium et cum non inuenissent alia de nocte / Ludus hic  
fortune est et huius mundi consuetudo / At ego te dilexi anteq; palaci-  
um ingredieris / Dilexi pauperem dilexi diuitem / quomodo non dili-  
gam ad priora reuersum / q; nec ista priora sunt nec tu pauper es  
Que me tuus casus alienauerit cum tuus ascensus te minime trans-  
mutauerit Nichil apud te petre variatum est Polida et incorrupta  
caritas que tibi me semel coniuncta / nunq; dissoluta benivolentia est  
Hoc hodie quod olim fui / nichil est immunitus amore / nichil igno-  
ro / nichil immemori de tuis erga me officijs narras Omnia sunt  
ante oculos veteris conuersationis illius cum e plumbino soluen-  
tes coram circauimus / cum nos pene in affricano tempestas li-  
tore illisit / Dubit adhuc recordatio quo tedio inter nautas apud  
spediam et in portu veneti pernoctauimus cum sentine cocepti sub-  
dumo dormire maluimus q; sub tecto quis horrida sciuret hyems  
Vidimus una genuam ligatum metropolim Superauimus appen-  
ninus ac transmisso padu philippum illum inclitum longobardo-  
rum ducem apud mediolanum ducem adiuimus Transmisimus ce-  
lo vicinas alpes et formidabilem pontem et lucinum lacum et cam-  
pos eluetiorum / Venimus basileam et sub dominio cardinalis tui  
que tunc sancte marie inuolate cognomine fuit / nunc sancte cui-  
cis appellatur In consilio magno fuimus / q; dulcis conuersatio nos  
tra fuit q; suavis in omni fortuna societas / nichil nichil graue te comi-  
te videbatur Memini memini adhuc petre cum simul uno cubiculo  
dormiremus quotiens michi ad multam noctem vigilanti ac nunc

Vnum nunc alterum poetam legenti subridet dixeris Quid te mace  
ras enea/doctis eque ac indoctis fortuna consulit At cum dominico q̄  
uis esset is benignus et optimus pater cum paupertate eo tempore pre  
meretur perseverare minime potius/diuncti aliquot annis summas  
sed iterum nos fortuna coniunctit apud nycolaum sancte crucis venerā  
dum patrem et omnium opinione sanctissimum Qui cum e florentia  
rursus mediolanum petimus et superato iouis monte per locum leman  
num tonorum venimus/memorandaq̄ illam repallie heremum in  
troiuimus/ In qua dux sabaude amedeus detulit/habitu cultuq̄ sanc  
to cuiquam heremite simili quem viri decem equestri ordine seque  
bantur/qui seculo renuncians promissam barbam et hispidum pallium  
et retortum bacillum mundam opibus pretulerat Inde basileam re  
diuimus coloniam agrippinam petentes per belgas atrebatum veni  
mus ibi conuentus ille maximus celebratus est In qua pace gallia  
rum constituta philippus burgundie dux a britannis qui nunc anglici  
appellantur ad regem francie defecit / Viximus ibi sicuti et alibi con  
cordibus animis / nec nos lucelli cupido diuncti / quis ambo idem of  
ficium idem lucrum sectaremur Inde ego in ultimam britanniam que  
hodie scotia dicitur missus sum / quo in itinere multa pericula aduer  
sa quippe qui duodecim diebus in profundo oceani sui terris nusq̄  
apparentibus ac vi tempestatis in ultimam ad septentrionem norwe  
giam actus vix tandem bonitate dei destinatum iter tenere potui Sed  
nihil michi grauius videbatur q̄q̄ carebam cuius consolatione in  
omni aduersitate leuari solebam Reuersus ex britannia te basilee con  
ueni neq; ibi diu mansimus per sueunos venos lacum brigantinum et  
tridentinas alpes bononiam indeq; mediolanum repetiuimus cardi  
nalem nostrum sicuti qui de pace ytalie inter senatum venetum et  
mediolanensem principem acturus erat Illic tertio diuncti sumus/  
et tu quidem romanam curiam secutus es / ego basileam reuersus in  
concilio pluribus annis perseveravi Et licet inter romanum pontifi  
cem et basilien synodum graues inimicicie maligneq; lites intercidis  
sent et tu pontificis et ego synodi partes sequeremur / nihil tamen  
benivolentie nostre detractum est publicam illam sumimus Cuius  
rei epistole nostre yltre citroq; misse testes sunt in quibus noster a  
mor expressus est Itaq; non dubito te confessum habere dum latumq;  
dum sumus ambo pauperes inconcussam stetisse amiciciam nostram  
Collerant enim se facile tenues neq; miseriam cognoscit iniuria Cum  
vero ditatus es atq; in te vnum q̄tum potest fortuna ostendere voluit/

vnuſq palaciuſ apostoliuſ gubernasti / ſcio non arguiſ me legeſ a  
miciſie reliquieſ Quis enim letam amici fortunaſ deſeruit Illud ve  
reor ne me tibi cum multa poſſeſ obſequenteſ adulari credeſ Eſt em̄  
omniſ beniuolentia ſucepta potentibuſ ſtimime igitur oblitum me  
tui fuilſ dices cum felix halebariſ Dedi accuſaſ me forſitan q̄ poſt  
euersan potentiā tuam / te obſeuiare deſierim / Vmo vero nichil eſt  
enim a me pretermiſſum quod boni amici eſſet / qui ut priuum cognō  
ui nycolaum papam quo cum creueras naſtre debituſ perſoluuiſſe mox  
ex noua ciuitate austrie ad te ſcriphi bonoq; vt eſſes animo iuſſi Nam  
ethi pontificem maxiſum fortuna tibi abſtulifſet fredericuſ tamē im  
peratorei reliquieſet / apud q̄ ſi uelles locum te dignam inuenireſ quo  
miam iſ te maxiſum faceret Id q̄ non ex meipſo ſed ex ore caſarī al  
truebam receptuſ eſſe / qui ita me ſcribere iuſſiſet cum te illi com  
mendaſſeſ Nescio an huiuſmodi littere tibi reddite fuerint / nam de  
illis nichil ſignificas Cum veni florentiani queſiuſ de te diligenter ut  
ſupra relatum eſt / In roma vero beatissimo calixto pape de te diſi que  
de viro bono et amico optimo dicenda fuerunt Et vbiuſq de te ſer  
mo habituſ eſt tuas partes egregie deſendi / q̄ui pauci me coram /  
te accuſatiſt / ſue quia graue eſt iuocentem criminari / ſue quia  
ſciunt omnes tuum honorem ad me tangi / tuamq ledi quoquo modo  
famam / me minime paſſurum eſſe Persuade igitur tibi petre amantil  
ſime dum ſpiritus hos regit artus animuſ erga te meum immutari  
non poſſe Namq neq tu commiſſes ut mutari oporteat / neq iſ ſum  
qui quinq; et viginti annorum amiciſiaſ ſine cauſa diſſoluam Nec  
me turbatum fugientem videbiſ quocumq; me in ſtatu fortuna tenue  
rit Is ero erga te qui fui cum eſſem bahilee Neq tu dum petrus eris /  
eneas eſſe deſierim Neq plura in accuſationem tua in diſperim De  
quaſ alias epiftole tue particulaſ Ais te putare que cum nycolao pen  
tifice de me cepta ſunt apud calixtuſ perfici deſere / id eſt in cardinala  
tuſ ordinem me luſceptuſ iti Id q̄ cupiſ et quia futuruſ ſperaſ gau  
des meoq rogaſ poſtq id factuſ ſit vnu ex tuis neceſſarijs uti capel  
lanum admittam / Fortaffe omnia que ſcribiſ huſc tendunt Amico w  
luisti ſatiſfacere Et quia noſ ea potentia qua olim fuiliſ ſcribiſ mul  
ta ut impetres parca Opiniariſ enim que priu vno verbo obtinuiffes  
nūc vix plurib; obtineri poſſe Hoc fortaffe apud alios ita uſui euemit /  
apud me tua tanta eſt auctoritaſ q̄ta omni tempore fuit Reſpondebo  
tñ ad hec aliquid Cardinalatū ego non quero noſ expecto q̄uiſ caſar

mei causa sollicitus sit. **D**i tamen quod nequaquam opinor id honoris sors aliqua ad me detulerit non est quod roges hoc aut illud. **N**on minus tibi quam michi mea domus obediens. **C**oautem arbitrariis in fundamentis apud nycolum factis edificium superducendum esse falleris mea sententia. **L**onge enim aliter preterita docent. **N**ouus rex ut in prouerbio nouam legem edit. **N**am quotus successor inuentus est qui predecessoris amicos dilexerit; quippe adeo nostros antecessores odimus ut certissimum argumentum putetur. **H**unc pontifer amavit qui non uissime mortuus est; igitur huic odio est qui vivit. **E**t creasset hunc cardinalalem ille si amplius vixisset; non igitur inter eos nominabitur qui modo creandi sunt. **C**o si fuisset aliqua causa que me in eum ordinem assumendum suaderet; hec satis est ne assumat quoniam ex illo rum numero sui quorum dignitas apud nycolum amplificanda credebatur. **C**o autem mei honoris augmentum cupias haud est apud me dubium. **Q**uis enim amicus est et amici gloriam non expetit. **A**t ego mihi petre si hanc dignitatem expectem demens sum qui maiora meis humeris imponi onera exceptem quam illi ferri queant. **V**idearque non dico erga fortunam sed erga magnificentiam dei ingratius qui longe magis honoratus quam per se non quiescam. **E**tenim mihi petre superos oro ut si leam de maximo deo a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum; quid est quod ego de lege fortune aut fato: cum querar. **N**am quem domum egredientem meliori flatu quam me fortuna prosecuta est. **N**am quam annos sex et pro x natus cum darem iuris ciuili operam excepto bello patriam et studium coactus sum relinquere. **A**ccessit tamen grande illud basilicen consilium inuenientem gratiam in oculis patrum. **D**scriba in synodo sui et litteratum abbreviator; et duo decimur qui magistratus illuc quasi censorius habebatur. **N**eque enim sine duodecimuris ad consultandum de rebus consiliaribus quisquam admittebatur et admissi qui non inuenientur ydonei his iubentibus commouebantur. **E**rant in concilio quatuor conuentus qui deputationes appellabantur de fide et pace de reformatorio de communib[us] presidentes. **H**e suos singule singularis mensibus elegerunt. In deputatione fidei in qua eram inscriptus sepe presidi. **I**nter collatores quoque beneficiorum bis sum electus. Legatus ab ipso concilio ad complures principes missus. **C**um pontificatum amicetus dux fabaudie suscepisset felix nuncupatus in secretum sum ab eo accitus. **N**ec diu post vocatus ad fredericum imperatorem prothonotariatus officium ab eo sum adeptus; sic germani secretariatum appellant dum legationes cesaris obeo vniuer-

sam ferme germaniam circa iiii / Dissidebant trithones cum eugenio  
maximo pontifice At neq; illi neq; felici obdientes neutrales wa  
bantur Concordia pluribus in conuentibus agitata est quibus iuben  
te cesare semper interfui His cum tractatu pacis ad eugenium veni  
tertio nationis illius apostolice sedi obdientiam attuli Secretaria  
tus et subdiaconatus honorem ab eugenio & mox illo defuncto a ny  
colao suscepi Cuius conclave cum eligeretur cum ceteris principum  
legationibus custodie presui Lapsum est postea breve tempus in  
quo me nycolaus tergestine ecclesie nichil tale morantem prefecit  
episcopum / quadriennioq; abinde deauro senensis urbis unde nichil  
ceigo est pontificatum ad me detulit Cesar vero a quo in confliatio  
rum ordine susceptus essem neapolini me petere iussit Quo in loco ma  
trimonium inter ipsum cesarem et leonoram portugalie regis soro  
rem alphonsiq; neptem contraxi eandemq; imperatricem anno post  
nauigio vectam e pisis ad imperatorem senis agentem conduxi Cum  
id nichil vni committeretur In coronatione cesaris que rome celebra  
ta est nosti que mee partes fuerint Quique qui me sepius imperatorio  
nomine apud romanum pontificem et publice & priuatim loquentem  
audiuisti Reuerso in germaniam legatio nichil apostolice sedis per bo  
hemiam et omnes provincias austrie duacum commissa est In conuen  
tu germanorum qui rati<sup>on</sup>e habitus est quo et philippus burgundie  
et ludovicus bauarie dukes & alii q; plures principes et reguli conuene  
runt de salute christiane rei publice agentes imperatorias vices tenui  
Simili modo et in francorū concilio ubi & germanos aduersus tur  
chos decernere bellum dicta oratione suahimus q; quis postea negli  
gentia et iniicia eorum qui cuncta sibi decere putant germani repue  
tunt Mortuo nycolao calixtum successorem eius qui nunc sedet impera  
torio nomine tamq; successorem verum christi vicarium recognovimus  
In hisce nos honoribus petre versati sumus Nec tamen intelligimus  
cur adeo diuina pietas nostram prauitatem extulerit non doctrina  
non vite bonitas hec meruit Cognoscim⁹ imperfectum nostrum et nos  
ipsose sepe cogitantes non extollimus quidem sed magis erubescimus et  
confundim⁹ qui pro tantis beneficijs non sumus grati Respiciimus  
aliquando retro et quoniam multi viri nobilibus oeti natalibus virtu  
te & doctrina prestabilis abiecti & incogniti iaceat consideram⁹ Stateor  
q; plurimi sunt qui opibus et honorib⁹ antecedunt sed multo plures se  
quunt Pluribus amiseri q; inuidere possum Et illi quidē qui me dig

mitate precedunt etiam virtute superant Ego his qui sequuntur nulla  
tatione sum melior O quot viri sunt qui non centum aureos annuis  
ex beneficijs ecclesiasticis haurire possunt juris diuinij atq; humani in  
terpretes quorum non essem dignus corrigiam calciamenti soluere /  
Atq; ego ignarus ebes atq; vicioram mole pressus atq; iniquitate cir  
cundatus qui aliquo beneficio contentus extitissim vel minimo iam  
annuos nulle aureos possideo / quodq; magis misere dum germaniam  
petij episcopatum in patria consequor Magna hec mi ptre in quibus  
non mea solum paruitas sed magna virtus quiescere possit / Apud  
tres episcopos et totidem cardinales dictandarum epistolarum offici  
um exercui Hj tres quoq; pontifices maximi secretariorum collegio me  
assisterunt eugenius nycolaus et felix q;uis hunc adulterinum dixe  
rint Apud cesarem non secretarius modo sed consiliarius et princi  
patus honore auctus sum Neq; ego ista fortune imputo q;uis nescio  
causam sed iphus rectori et dominatori omnium deo cuius est in quem  
cumq; voluerit vsum vasa formare Neq; humane corruptioni subici  
untur que libera sunt / eiusq; libertati gracias agere decet qui dat om  
nibus habundanter et non improperat An nos igitur tanta miseratio  
ne preuenti cardinalatum anxi expectauimus / atq; hunc quoq; no  
bis honorem debet putabimus Utinam dignitati quam consecuti su  
mus parem inueniamur et ita quod superest eui traducamus ne qua  
possit in nobis ingratitudo notari Poco cardinalatus fastigium ma  
ius existimamus q; nostris humeris committi debeat Utinam ea dig  
natio hjs credatur qui afferre illi potius q; ab ea recipere glori  
am possint / quales nos esse nullo pacto cognoscimus . Restat vlti  
mo loco de consolatione aliquid dicere quando et te illius egentem os  
tendis / Duo fuerunt ut scripta tua edocent que te conturbauerunt /  
mala valitudo tua et obitus nycolay pontificis quo cum et ipse cecidi  
sti / qua in calamitate constituto nemo tibi amitorum affuit / Egri  
tudinem corporis et onerosam tibi et molestissimam fuisse non mi  
ror Vix enim quisq; reperitur qui non morbo succumbat doloribus  
q; vincatur / belle quidem tum multi cum valent recta consilia ego  
tis prebent / ac ipsi si doleant mente excidant Ita natura compara  
tum est / verbo q; multi philosophantur te ipsa admodum pauci  
Utautq; sit non oportuit vitam optare diutinem mihi et senescere  
vellemus / Cum semio autem circumfilit agmine facto morborum omne  
genus / quorum si nonna queras / prompti expediam quot amatit ip  
pia mechos Parati ergo ad hec esse debemus et nunc ylium et nunc

capitis dolorem expectare / et ad omnia mala nosipso armare quibus  
contribules nostros affligi cerimus / **P**er quid minus accidat in lu-  
cro deputare Cum vero dolor incipit non ab annis sed a nobisiphi so-  
latia expertere Nichil habent certi qui sunt in aliena potestate / que  
nosiphi possumus nutui nostro nunquam desunt Tibi ergo cum egrotares  
a teipso et consilium expetendum et auxilium requirendum fuit / que te  
video non neglexisse cum deum tibi affuisse consolato:em dicas Opti-  
mus hic proculdubio et certissimus in omni egritudine medicus qui  
non corporis tantum sed mentis in rebus expellit Estque deus si senece  
credimus quisque sibi Namque dum nobisiphi recte consulimus / men-  
tem nostram diuinitas incolit / At tu quodque corpore vales non tamen ad  
hac mentis egritudinem posuisti Est vulnus adhuc animi recens et  
amissi regni fortunam merens Monstri simile michi est te vicum qui  
multa legeris et mundi vices his contemplatus idcirco angis quia blan-  
dus fortune vultus tibi mutatus sit Cogitare te oportuit quod prius nunc  
ascenderes Nec enim fortuna quemque extollit de quo reiciendi po-  
testatem non sibi reseruet Hac conditione ascendimus ut cum illa  
velit e vestigio descendamus Nunc longum tenet una cornas nunc  
populus umbras inquit ille / Caduca omnia sub luna / quanto altius  
extollimur tanto periculosis cadimus / Volubilis vota fortune est /  
nemo illi clavum affixit Inconstans et infidelis hera fortuna / nulli  
perpetuo bona est Alexandrum illum macedonem quem mundi domi-  
num fecerat / in ipso iuuentis flore veneno extinxit Pompeyus mag-  
nus centies vices semei octuaginta tria hominum milia fudit fuga  
uit occidit in deditionem accepit / naues octingentas quadraginta  
sex piratarum depressit aut cepit Castella aut oppida mille et quin  
quaginta triginta octo in fidem recepit Terras omnes a meoti ad  
rubrum mare subegit / Ded huic quoque fortuna quis semi abstulit  
caput / Cesarem dictatorem in senatu trucidauit quis eius ductu-  
vndeclies centena nonaginta duo milia virorum in prelijs interrissent  
non computatis illis qui bellis ciuilibus interierunt / In gavo ma-  
rio quam fortuna luserit non ignoras quem modo victum apud  
minotauros expectare supplicium / modo victorem truci vultu quam  
nece impetraret legisti / Magna de lucio marcello est opinio  
quasi fortuna huic vni semper arriserit / Sit enim bis consul dicta-  
tor magister equitum duodecimuar agris claudis elephantes pri-

mus ex primo patricio bello duxit In triumpho primarius bellator  
habitus optimus orator fortissimus imperator auspicio suo maxime  
res geste magno honore vsus summa sapientia summus senator  
pecuniam magnam bono modo inuenit / liberos multos reliquit /  
clarissimus in ciuitate fuit / At is orbam luminibus egit senectam  
amissis incendio cum paladium reperet ex eae veste memorabili ca  
su sed euentu misero ut plinius ait Huius quoqz nepos metellus  
macedonicus fortunati nomen habuit / qui a quatuor filijs illatus  
est rogo / uno p:etore / tribus consularibus / duobus triumphali  
bus uno censorio At hiij in flore dignationis sue a catino labione  
tribuno plebis quem senatu censor elecerat e capitulo ad tarpiam  
captus est ut inde precipitare ait Sed intercedente altero tribuno  
alumne creptus alieno beneficio postea vixit Sed octauianum au  
gustum fortasse obicebat qui victor orbis annis sex et quinquagin  
ta imperauit qui super garamantas et indos pertulit imperium Ex  
emplum hic vincium humane felicitatis esse videtur hijs qui eius  
secreta ignorant Sed multa huic aduersa apud auunculum in ma  
gisterio equitum repulsam tulit contra petitionem eius prelato le  
pido in prelio filipeo fuga notatus est et in palude triduo egrota  
uit Vita eius sepe insidijs petita est / lurit liberorum mortes / et ad  
alterium neptis ac filie / afflixit eum rebello illitici / pestilencia ve  
bis / varia clades / fames ptalie / quotiduanam mediam sustinuit /  
moeiendi cupidus herede non suo filio vita excessit / Et ut ad nos  
tra redeamus sal regno potitus / victorijs clarus / ad extreum in  
sanie et in prelio vinctus serui manum qua percutiatur supplex oreat /  
Ab ouium custodia vocatus ad regnum dauid post claras ex hoste  
victorias a filio pellitur / contra q̄ sumptis armis non sati intel  
ligit vincere velit an vinci Dicat aliquis salomonem sapientem ac  
pacificum regem perpetuo fortune afflatu beatum qui usqz ad mor  
tem quieto tranquilloqz regno potitus est Sed neqz hic regnare sine  
fratricidio potuit et amicorum sepe neces impetravit ac postremumqz  
concupino seruicio presus dijs alienis atqz iphis demomibus sacrificata  
uit In qua te misericordum eum vel suo iudicio nemo dubitauerit  
Euo nostro vnum omnes felicem philippum mariam mediolanen̄ du  
cem iudicauimus qui non florentinos modo sed venetos et vincieram  
ptalianam contribuit et regem alphonsum fratresqz cum vniuerso p:cerum

comitatu nauali prelio superatos captosq; domi sue vidit Verum hic  
ante obitum ianuam amissit / agri magna parte multatus / adeoq; re-  
netorum armis attritus est ut vix mediolani sese tueretur Et quis  
ultra citraq; montes regum auxilia imploret / nullius tamen opem  
senxit / amissio visu / rege quem captiuum habuerat / hecde instituto de-  
cessit / Francisco fostaro duci venetiarum diu adulata fortuna est / sub  
quo supra quinq; et viginti annos senatus ille populusq; venetus mi-  
rum in modum auctus brixiam bargamum et maxinnam partem gal-  
lie transp adare in suam ditionem cedegit Sed gloriam eius obfusca-  
uit felicitate p; obripit filius ob turpem causam bis in exilium actus /  
**H**ec cum tibi notissima essent petre non debuisti vel dolere vel admirari  
si et teum suam consuetudinem fortuna seruauit que iure suo veteri et  
in omnes etates prescripto vla est / Nichil de tuo tibi abstulit / quod  
suum erat repetit / potentiam quam ad tempus concesserat in eo  
quem statuerat termino subtrapit Quid obsecro est quod de fortuna  
conqueraris Quid tecum illa dure egit Nicolao pape ritam eripiuit  
At moritum eum iam pridem nouetas / Illo mortuo et tua potentia  
mortua est At nycolao cadente sciebas te stare non posse Nichil tibi  
aduersi accidit quod non preuideris / Petre spem vero si recte iudi-  
cas non pauca bona tibi fortune beneficio hue ut melius loquamur di-  
uina miseratione relicta sunt Ex palatio saluus existi collegisti sarcia-  
nas tuas es lucello quod ad te detulit /  
**D**ecretatus officium cum coniuge cum liberis absq; vlla contume-  
lia dimissus es Hoc tu beneficium non ponderas quod tanto maius est  
qto rarius accidit Etenim quot membrauntur qui potentes in pala-  
cio post obitum pontificis non maximas calamitates incident Nepo-  
tem bonefacij nomi mendicari parem nostra etas vidit / quem vt edi-  
tus in lucem fuerat in calatis rosarum obtulerant patruo Martino  
quinto fatis functo qui fuerunt apud eum potentes alij bonis omni-  
bus excussi sunt / alij in carcerem capti alij in exilio missi / alij in cru-  
cem sublati alij alio modo necati Neq; ego crediderim omnes qui  
martino placuerunt pena fuisse dignos / Sed ita mos inoleuit /  
odius est successori quisquis antecessori acceptus fuit / At te calix-  
ti clemencia conseruauit qui de te sinistre credere noluit / quis es  
sent qui te accusarent non pauci hostes id est minimi tui corona-  
tua et quidem preciosissima Hoc est petre q; integer creditus intac-

abijisti **H**anc tu laudem ad posteros pene solus tranmittes / nomenqz  
tui minores ex te clarum habebunt / **U**nus enim ex palacio ponti  
ficiis omni iudicio existimatus es qui saluus euaderes / **F**atex non  
tanta tibi erunt lucra opta fuerunt nycolao viuente / **N**eque iam ti  
bi assurgent homines quocumqz ieris / **D**ed ego tibi satis pecunia  
rum esse arbitror si ad veritatem non ad opinionem vitam ducere  
volueris **Q**uerende pecunie nullus est finis **H**ijs qui vulgo viuant  
**C**rescit amor numini optum ipsa pecunia crescit / **S**i volumus esse  
diuites non pecunie adiciendum est sed cupiditati detrahendum **C**um  
propheta dicendum est / **D**iuiicias et paupertates ne dederis michi  
sed tantum virtut meo tribue necessaria / **N**on habes opes colsmi /  
at marcelli habes / **N**on eris florentie primus / at vel luce vel se  
nis esse potes tuogz cum oratio

**T**at precor integra cum mente non turpem senectam dege  
re nunc cythara carentem **N**ec vero tu tibi subtractos honores diperis  
Adulationes ille non honores fuerunt **P**otentie tue non tibi deterit  
turba caput / sepe manum tuam osculata est que tunicam illam opta  
uit sumus ille ac ventus fuit qui cum fortuna non cum virtute decur  
rit **A**ge quid illa tua potentia miserabilius fuit quam te tantopere  
amississe doles **R**ecogita obsecro quo ex loco sis delapsus / non tu ex pa  
radiso deliciarum cum primo parente in terram erumnosam descen  
disti sed verius ex procelloso mari tranquillum portum enauigasti  
**N**am quid est romana curia hjs qui summam tenent nisi turpis  
sumum pelagus ventis vndiqz dicitur summisqz tempestatibus agitatum  
Auaricie ibi atqz iniudie procella vir quemqz intactum preterit /  
laudant in faciem / a tergo ciconia pinxit **Q**uis tela enumeret que  
in potentes iaciuntur **T**ot tibi rethia mi petre tot infidie tendeban  
tue ut mortuo nycolao iure dicere posses **I**aqueus contritus est et nos  
liberati sumus **N**am obitu illius carcerem exiusti **N**am curiam mis  
eriam reliquisti non potentiam / seruitutem posuisti non gloriam / bel  
lum effugisti non pacem **E**ras enim mancipium nycolai / nulla tibi  
edendi nulla dormendi certa hora fuit / **N**on comites alloqui non  
erire in lucem poteras / In aere tetro in puluere in calore in fetu  
re latebas **N**unc quis libertate donatus ex tuo arbitrio viuis **I**n  
hac vita nemo mortalium felix **B**ene atqz indulgenter cum eo agitur  
qui vere dici non infelix potest **N**am quotus est cuius non plura mala

q̄ bona inuenias/cuius leticiam non superauit metu/nemo viuit qui  
feliciter optet Q̄ multos afflire imperia/q̄ multos perdidere diuicie  
et vltimis imere supplicij Nōxiendum est tandem/nobis vel iniūtis  
duo nobis ex hac luce migrantibus itinera occurunt/altero celum pe-  
timus altero inferos Illic cum dīs hic cum sceleratē deputamur Illic  
regnum/hic supplicium expectamus Iter eligere licet dum viuim⁹ Ex-  
vite merito patet via/post mortem nulla merendi facultas Et nos er-  
go amantissime petre dum vita comes est ad opera pietatis exerceam⁹  
Abhinc voluptatis illecebra odia similitates Abhinc avaricia et honorum  
immensa cupidus satis nobis deus ipse superq; satis elargitus est Nec  
tu michi cardinalatum cupias/nec ego tibi optem potentiam curialem  
Nōnis enim potenter et honorati fuimus/tu apud romanum presu-  
lem/ego apud imperatorem Nam si virtutum equequio que vocantur bo-  
na distribuantur non tu medium eius quod optinuisti accipias/nec  
ego quartam partem eius quod michi diuina bonitas elargita est con-  
sequar Vale ex neapoli nonas may Anno domini. 1216.  
Indictione quarta Pontificatus sanctissimi in christo patris et domi-  
ni nostri domini calixti pape tercij anno secundo.

Eneas filij vici clarissimi tituli sancte Sabine cardinalis familiarium  
am verum epistole. Feliciter Incipiunt.

Quo imperatori Frederico Augusto domino suo Eneas  
sacrosante romane eccl<sup>e</sup> tituli sancte Sabine presbi-  
ter cardinalis et ep<sup>s</sup> senen<sup>s</sup> **D** p d Quod iam dubium  
optasti percutastiq<sup>z</sup> cesar in persona mea nunc demū opte-  
tū est Habes tota qd mente petisti Nam qd sancte me-  
morie nycola<sup>s</sup> pp<sup>r</sup> qntus tue māsuetudini sepe polliat<sup>r</sup>  
est beatissim<sup>r</sup> pontifer maxim<sup>r</sup> calixt<sup>r</sup> qd impleuit Qui nō meis meri-  
tis nulla em̄ me virt<sup>r</sup> honore dignum effecit sed sua incredibili bonita-  
te qd usq<sup>z</sup> ad indignos extendit et tua potissim<sup>r</sup> intercessione his diebus ad  
cardinalat<sup>r</sup> ordinem cū qnq<sup>z</sup> alijs venerabilib<sup>r</sup> et magne auctoritat<sup>r</sup>  
epis me puerit **I**ntelligo optum de beo tue sublimitati et unde p soluere  
possim debitū nō intelligo Conabor tñ dum spūs hos regit artus ita me  
gerere ut om̄s intelligat ad hanc me dignitatē tuo fauore et ex tua cu-  
ria puenisse meq<sup>r</sup> teuthonicū magis qd ytalicū cardinalē esse **T**uū erit  
michil meū remissius a gere qd pūs Nam ego p tua maiestate p sacro  
impiō p inclita domo austrie p tuis quibusctūq<sup>r</sup> caris nullos usq<sup>r</sup> labo-  
res nullas curas effugiam Michil em̄ vñq<sup>r</sup> tue māsuetudini negab<sup>r</sup>  
qd mea opa effici possit Vale ex vrbe die xxij decembriis. 1818.

**E**xcellētissime imperatrici leonore auguste dñe sue Eneas sacro  
sancte romane eccl<sup>e</sup> tituli sancte Sabine p<sup>r</sup> cardinalis et ep<sup>s</sup>  
senen<sup>s</sup> **D** p d Non meis meritis qd nulla sunt sed tua ac sortis  
tui diui frederici rōnq<sup>r</sup> impatoris augusti intercessione ad cardinalat<sup>r</sup>  
honorem supi xib<sup>r</sup> diebus pietas aplca me puerit Multa extant tua  
in me beneficia sed hoc maximū est qd hac dignitate me dignum iudi-  
casti et vt illam asequeret michil obnisiisti Quando et summo pontifici  
et sacro collegio et auunculo tuo regi aragonum potentissimo me sep̄  
omendasti Habes igif apud sedem aplcam hominē tue magnitudini  
deditissimū qui p te tuoq<sup>r</sup> splendore gloria amplitudine omni tpe curi-  
osus erit Neq<sup>r</sup> em̄ vllus me vñq<sup>r</sup> grauabit labor quē tua causa suscep-  
tim Tue maiestatē deinceps erit ita me vtī qd admodū ingētia qd atu-  
listi beneficia deponscit Vale ex vrbe ro. die xxij decembriis. 1818.

**S**Excellētissimo et potentissimo principi Ladislao hungarie atq<sup>r</sup> bohe-  
mie regi Eneas cardinalis senensis **D** p dicit Qd me summus

pontifex h̄is diebus ad cardinalatus ordinem accesseruerit tua intercessione magna ex parte factum esse non ambigo/ cū sepe numero et lās et nunc̄s apostolice pietati me omandaueris. **P**ecio igitur me obnoxium quoad vivam et facultas adh̄ tuis omnibus desiderijs morem gerere. **N**eque id negligam quidē. **N**am si qd̄ est quod noua dignitas michi credata vel tue amplitudini vel subditoz tuoz vtilitati conferre possit ad tantum negab̄t̄ optum ipse reqrere post posueris. **N**ec michi res vlla iocundior fuerit q̄ tue voluptati complacuisse. **T**uisq; regnis et reliq; p̄ncipitib; v̄sui aliquando fuisse. **E**x vrbe romana die xxij decembrii Anno m̄c̄xviii.

**E**reas cardinalis senensis Jacobo picholomeo. **H**ip̄ d̄. **D**iuine bonitati cui⁹ oſilia nobis imp̄scrutabilia sunt v̄sum est honores augere m̄os/ atq; in corde summi pontificis ponere vt nos ad cardinalat̄ ordinem assumeret/ et ita factum est. **H**ecim⁹ tibi id futurum gratū. **I**llud nobis tñ molestum est q; nos impes tanto muneri cerim⁹. **V**tamq; sit fratre ista latere nolum⁹. **C**u deum rogabis vt q̄ dignitatem tribuit/ id quoq; prestet per qd̄ dignitati satisfaciam⁹. **I**nsp̄x̄t̄ quoniam illustris dux mutine semper vobis amicus fuit singularis vt nos sibi amendes rogam⁹. **E**t que possum⁹ aut in futurū poterimus excellencie sue pleno offertas ore/ q; nos sibi pleno corde cupimus completere. **E**t hanc cardinalat̄ dignitatem si qd̄ habet vtilitatis magis suam esse volum⁹ q̄ nostram Pale cū consorte ⁊ liberis. **E**x vrbe rōdie xxij decembrii. m̄c̄xvi.

**E**reas cardinalis Johanni cardinali sancti angeli. **H**ip̄ d̄. **Q**uāannis iam plurimis reverendissime pater tuo filio occupuisti q̄h̄ iusticq; nunc demū amplectu est. **D**umma cū cordia sacri collegij calixtus pontifex maxim⁹ ad cardinalat̄ ordinem me vocauit atq; aſ sumphit. **P**ecio q̄to alcius euctus sum q̄ metui. **H**ed ita suahones tae p̄cesq; cesaris effecerūt. **N**on sū ego q̄ grās agere possum tue erga me caritati/nam qd̄ preſtare tanto dño seruus possit/voluntas mea iam dum tua est/ quecūq; postmodū accessere illam sequunt̄. **S**ui tuus cū es sem paup̄ presbiter/ neq; me manu tua eptatus eripuit. **D**um tu⁹ etiā cardinalis. **H**abes in collegio oplures amicos et me seruū/m̄i me veluti mancipio utaris. **N**ichil in me culpe fuit sed velut emācipat⁹ filius aut manumissus seruus non min⁹ agam q̄ par fuerit. **V**ale optime ex vrbe rōdie xxij decembrii. m̄c̄xviii.

**E**reas cardinalis Alphonso regi a fragonum **S p d** Verui qui modo quocumq; peculium augent **re p** serenissime ac potentissi me infideles damnandiq; fuerint mihi dominis suis rationem luci reddiderint Eam ob causam cum hodie maſtinus pontifex calix tus tertius me vel minus merentem ad cardinalatus honorem pro uerit/peculiumq; meum ad auerit/Officijq; mei esse putau i d tue ma iestati cuius sum mancipium q̄uis inutile tamen fidele notum efficere Ut si quid est in ea dignitate michi credita vel decoris vel utilitatis id totum tuum esse noueris Ad me labor tantum molestiaq; suscepti officij pertinebit In quo tanto magis affligendum me scio q̄to indignoē hoc muneri sum consecutus Ex urbe ro. die xxiiij decembrii. 1216.

**E**reas cardinalis Johanni cardinali papieñ **S p d** Si qua michi voluptas est ad cardinalatus honorem esse assumptum Inde tantum est q̄ tua dignatio michi collega et pater et domi nus traditus est quo cum viuere dulcissimum erat Nunc tui labores p̄ mia suscepserunt nunc tue virtuti qd suum erat creditum est Dcio qd lucri accepert sacer senatus ex tua p̄ motione Magnum lumen roma na suscepit ecclesia Tua nobilitas tua doctrina meam ignorantiam et ignobilitatem obteget Dub scuto tuo indignus ego securus militabo Veni igitur fitibundi expectamus omnes redditum tuum Jam sati al mania galliaq; et hungaria te tenuit Italia nunc et ipsa mater orbis roma te perfaci vult Nisi redieris cito et ipse tibis maledicet ab sentie tue Non fuisti in bello et vicisti Hocies que pugna facta est cum redieris Nulli vniq; cardinales egrius q̄ nos collegium intraveremus Jam enim rubigo cardines ita obducerat ut veri hostium et aperti non posset Arietibus et omni machinarum genere usus est calix pontifex ut valvas aperiret domumq; arte non modica belli feratas postes portasq; refregit Vale ex urbe romana xxvi die decembrii Anno. 1211.

**E**reas cardinalis Rycholao listio legum doctori **S p d** Quis cognoscim⁹ nos ipsos impares dignitati cardinalatus ad quam vocati sumus Quia tamen amicis omnia comunicare solemus q̄ nobis accidunt huc secunda huc aduersa sint Et nos te inter amicos habem⁹ preciuū hoc te latere nolum⁹ Ut si quid est in ea dignitate nobis credita vel honoris vel utilitatis Itemq; decoris vel danni id tibi nobiscū coe esse nō nescias Nam nos legem amicicie q̄uis alti⁹ eucti

nullatenus preterite intendimus Nec nobis cardinalatus aut tuam  
aut alterius cuiuspiam benivolentiam minorabit Datum rome xxvij  
die decembris. 1271.

**E**reas cardinalis Nicholao cardinali sancti petri ad vinalia  
S p d placuit altissimo et domino nostro pape calixto p hos  
dies me longe immeturum ad cardinalatus ordinem assumere  
Vestros sacro cetui aggregate Hoc optum ponderis subiui Nec vi  
deo quo pacto credite michi dignitati satisfaciam nisi fortasse tua reue  
rendissima paternitas ad curiam rediret Tunc enim instructus ab ea  
securius in hoc procelloso mari nauigarem Preco igitur si preces scru  
toris audiende sunt ut iam demum in patriam redias Nam cardinali  
sola rome patria est Etiam si apud indos natus fuerit aut recusal  
se pilleum oportuit aut certe receptum rome gestare et matre omnium  
sedi consulere Neq illa excusatio ydonea est Non audior recta mones  
Mutantur enim tempora/ z qui olim contemptui fuit nunc precipue ho  
noratur Veni igitur obsecro veni Neq enim tua virtus est que inter  
mues et umbrosas clausa valles langescere debeat Hoc complures  
esse qui te videre audire et sequi cupiunt inter quos me semper auditio  
rem discipulumq obsequentem inuenies Ex urbe romana die xxvij.  
decembris. 1271.

**E**reas cardinalis senensis Johanni nadieni epo S p d Quod  
ex nicholao pontifice maximo magnopere efflagitasti ad nos  
tri honoris augmentum iam nunc calixtus successor eius expe  
cutus est Is enim proximis quatuor temporibus exactis ad cardinala  
tus ordinem nos assumpsit Quia de te longe magis tuam paternitate  
letari qy nosipso non dubitamus Neq ab te quidem Nam nos pa  
rum gauish sumus ex hac promotione Cum intelligam honorem non  
merenti creditum ignominiani potius esse qy deus Tua vero dignatio  
que me pluris existimat longe qy valeo Non mirum si amicum liben  
ter audit subleuatum Utcumq sit id sibi persuadeat tua amicitia vo  
lumus quod te ipsa competet nos suos esse Nec aliam ob causam ma  
gis cupide hanc dignitatem cardinalatus accepisse qy vt sibi aliquando  
in aliqua re digna more gerere possimus Datum rome die xxvij decem  
bris. 1271.

**E**reas cardinalis senensis senatui senensi S p d Que credimus  
expedire vt yester senatus intelligat non tacebam dum poterim

honeste litteris aut nuncijs committere Nunc quod significemus hoc  
est Rex atagonum grauiter egrotauit deinde conualuit Non relatum  
est eam recidiuasse nescimus an verum sit id Comes talocenus pridem  
mortem obiit que res non nichil nouitatis paritura videtur Nam co  
mes euersus hereditatem petit Abbas vesinus contra mititur Comes  
verbina bellum fertur indixisse malatestis Hec ad alios pertinent In  
rebus vestris hec sunt Orator ducis mediolani communicato nobis  
cum consilio empe communitatē vestram summo pontifici cominen  
davit Quod habuerit ab eo responsum scietis Dominus vobias pro  
custodia montis acui petit aureos trecentos Dicit enim se tenuisse  
famulos plures pro custodia Cui cum dicemus non fuisse necessari  
um Replieauit penitus oportuisse pro securitate pascorum at quid sig  
nificet ipsi intelligitis Nanc de novo reverendissimus cardinalis de' ve  
rini petit a sanctissimo domino nostro aureos trecentos quos mutua  
uit sibi tempore exercitus Papa vero respondit illos pertinere ad  
rationes vestras Dicitis quid in hac re agere debatis nobis consultis  
simam videtur ut oratores vestros hic habeatis qui loqui aperte vale  
ant nobis non licent omnia Juuabimus tamen oratores ipsos cui hic  
fuerit summa fide vestreque rei publice quantum facultas tulerit nunquam decri  
mas Datum come die xxij decembris. ier 12.

**E**reas cardinalis senensis Johanni bichio senensi H p d Hci  
ents quantum pro nobis conatus es in magistratu tuo illo capita  
neatus populi reprehensibiles fuerimus nisi nosipso gratos  
ostendamus Sed hoc modo prestare non possumus Quippe qui non  
verbis sed rebus reddendas esse gratias non ignoramus At si quando  
facultas se obtulerit cognoscere nos tui amantes esse et accepti beneficij  
memores Nunc non est aliud quod scribam nisi quod pro te publi  
ca vestra censemus expediens apud hunc pontificem oratores vestros  
commoerati Quia multa in dies occurserunt ponderosa et vestram ciuita  
tem tangentia Hcis q̄a non omnia nobis licent sed oratoribus vestris  
fideliter assistemus Ex verbo ro die xiiij decembris. ier 11.

**E**reas cardinalis senensis Abindio senensi H p d Credimas  
ut scribis x motionem nostram tibi iocunditati fuisse Ita enim  
exposcebat vetus amicicia vestra Nos autem ex hac dignitate  
nescimus tristari an letari debeamus Nam sublime decus non metet tradi  
tum oneri potius quam honori est Venit in mente illud appellis preceptū

quo iubet ut nosipso cognoscamus Consideramus imperfectum nostrum  
Et dum hinc paruitatem nostram inde altitudinem dignitatis adepti  
metimus heresimus et trepidamus Nam quanto aliorum est ascensus  
tanto periculorum casus Inter hec tam anxie mentis dubia nullum oc-  
currunt nobis aliud remedium nisi ad deum ipsum recurramus et ei sup-  
plicemus ut quod dedit honorem et ipse conseruet et nos eam vitam duce-  
re donet que tante dignitati paratur Tu vero de nobis persuadeto tibi  
quoniam illi erga te sumus quod semper sumus et amicicia iusta incommuni-  
nata secundum quod Pale et amicos illos nostros metropolitanos nostro  
nonne saluere iubeto anthomium panormitanum matheum malseritum  
bartholomeum facium matheum iohannem et reliquos quibus nos  
offerto et dato Ex urbe ro. die xxvij decembris. 1571.

**E**reas cardinalis senensis leonardo benevolentii senensi. Hpd  
Si quicquid amicicie nostre detractum arbitraris quoniam auc-  
ti honoris videtur longe falleris Nam tecum amiciciam nul-  
la dignitas tollit Dumus qui sumus dum pedibus simul petremus  
romam Si potuisset adici beneficiencie nostre aliquid cardinalatum nos-  
ter profecto addidisset Sed plena que sunt vascula nichil amplius ad-  
ti tuo ad consequendam ecclesiam cataphoneū nostros fauores impar  
tiamur Reducisq; nobis ad memoriam clare memorie genitois tui er  
ga nos caritatem / et tuam illam quam sumus habuimus in noua ciuita  
te consuetudinem. **V**idimus libenti animo epistolam tuam et mitati su  
mus subscriptionem proprie man? **D**icitis enim optime quod est in  
tanto principe valde laudabile Recordamur quociens in curia cesaris  
suaues habuimus sermones insimul et cum de lapide inuicibilatatis in  
quisitionem faceres. **T**enemus memorie in ditione tua possedisse nos  
ecclesiam hispaceū et fuisse a genitore tuo benigne tractatos. **D**icim⁹  
q̄ nobilissima est inclita domus bauariae / et q̄ illi sedes apostolica tenet.  
**I**ntelligis vt̄ confidim⁹ nos non esse ingratos / de nepote tuo sunt egre  
gia testimonia / quia tamen commissarii sumus in causa huius ecclesie  
cataphoneū / non possumus aliud dicere nisi q̄ inuenies nos veram rela  
tionem fecisse et paratos esse nunc et in fiducium ut tue voluntati moze  
geram⁹. **D**atum in vrbe romana die v Julij.

**E**reas cardinalis senensis Nicholao missio vullatriano **D**omini p̄d  
Audiuimus vario relatu inclitum hungarie regem viennā  
redisse Et nobis placet pro quiete illius regis ut sit extra tur  
binem hungarie. **V**olemus tamen regnum illud inter se diuisum esse /  
veremurq; ne christiani inter dissensiones turchis aperiant ianuas / de  
us meliora permittat. **N**os in italia magnis etiam afflictam² malis  
her aragonum cum genuenibus bello implicitus es. **M**agnam roma  
ni agri partem vrsum et comes eversus vastant. **D**enej⁹ discidium in  
dies augent / nouiq; in dies ciues aut plectuntur aut in exilium agun  
tur / nec videmus quo pacto quiescere possint. **A**iunt cancellarium ad  
ws ex bohemia redisse / dicitur illi multas nostro nomine salutes / Com  
mendamus tibi laurentium rouarellam nuncium apostolicum qui has  
tibi restituet. **N**on fuit in austria prius Commonito eum atq; instrui  
to in agendis. **D**i no est dimiss⁹ ep̄s varadien⁹ p eo verbū faciet / et ita  
affert quaz nos promotores sum⁹ p veteri amicicia et q̄a innocentē es  
se phidim⁹. **V**ale Ex vrbe die iiiij Julij. 1518.

**E**reas cardinalis senensis Henrico seufleben **D**omini nos  
ter sanctissimus mittit laurentium rouarellam qui has litteras

secum affert ad serenissimum hungarie regem Non fuit homo alias  
in austria Necessaria erit ei instructio et directio tua Comendam  
eum tibi bonus vir est doctus theologus Cura eius erit ut captiuū im  
peratoris dimittantur varadien̄ relaxetur Et pax si fieri potest illas de  
mum partes inspiciat Ab eo intelliges ytalicarum rerum et huius ve  
bis statum plus mali q̄ boni audies Neq; enim ytalia quiescere con  
suevit wloq; germani didicistis mores nostros et non modo vicinos  
sed fratres atq; ipsos parentes bello premitis Nichil est usq; tutum  
Damnosissimum est q̄ austrie inclita domus in scipla discidium habet  
Deus illos principes aliquando meliori respiciat oculo Et quos fecit  
maximos faciat amicissimos In causa varimen̄ expectam quid sequa  
tur quia ibi multum spei collocauius alioquin ad mendicitatem redac  
ti sumus Sed si quid in partib; illis vacat qd obtineri posse confidas  
velis nobis significare gracias agito regie maiestati pro litteris missis  
pape regnacando de mea promotione Bene vale Ex Roma die quarta  
Julij Anno 1518.

**E**reas cardinalis senensis Johanni in hili. Op d Que scriptis  
ti de curia nostri cesaris iam pridem noueramus Sunt nobis  
res per molesta agimus deo gracias qui personam cesaris cui  
todiuit Credim; imperatricem animo conturbatam esse eiusq; compa  
timur adolescentie que ad calamitates in germaniam venit perferen  
das Putamus tamen eam ipsam sibi consulere et consolationes que  
rere Conflictiones hungarie didicimus omnia sunt ad turchorum po  
tentiam auzendum ferenda sunt que deo volente sunt Ille ex malo  
bonum elicit Di dabitur aliquando facultas cogitabimus de te non ali  
ter q̄ de nostro fidei et singulari amico Laurencium rouarellam qui  
cum presentibus ad te veniet nuncium apostolicum tibi commendam  
ut assistas ei et consulas si qua ex te queasierit Tu quoq; si aliquod mo  
nasterium vel preposituram bonam vacare perceperis fac nos q̄ p̄imum  
certos Potes per venetas mittere litteras Illinc enim frequentes ad  
nos currunt tabellarij mercatorum querenda suffragia sunt Vale ex Ro  
ma die iiii Julij 1518.

**E**reas cardinalis senensis Procopio robensteyno Op d Ex  
wienna tuas accepimus litteras cum bohemiam p̄teres Nel  
cimus antedieris Audiuimus insignem fratrem tuum et ami  
cum nostrum singularem iohannem equitem extremo die functum

Credimus te turbido et amarulento esse animo Nam et nos tali socio  
privati non dolere vehementer non possumus Sed quid agamus trita  
est hec via / aut non nasci oportet / aut natum mori / Nos parentes  
preiere / fratres sorores amici / pauci admodum sunt cum quibus iam  
vivere delectet Nam etate graues / parate nouos amicos nescimus  
Et veteres paucis demptis moes abstulit / Nec modo aliud expecta  
mus / nisi aut eripi nobis eos quos amamus reliquos / aut nos aufer  
ri ab illis / Atque quandocumque dies illa veniret non erimus iniusti ut  
olim / quibus ad maiorem amitorum cumulum erit eundum / Credimus te  
ista etiam meditari nec egere consolatione / ideo preterim? hec / Ac  
cepimus turbulentas esse res germanie / neque imperatori bene esse cum  
rege hungarie / Dolemus Nam res pessima est et noxia nonmodo aus  
tria sed vniuersitate rei publice propagandane / Deus meliora permittat Cupi  
mus de rebus bohemicis fieri certiores / sed et quid sperandum sit /  
Laurentium rouatellam quibus has ad te defert Cupimus tibi commendata  
rum esse frater est archiepi cauennatis tibi amicissimi consilium tuum  
optabit in rebus agendis / Ne dehinc sibi rogamus prudentia tua / Va  
le et nycolaum nostrum pro tua consuetudine commendatum habe Ex ve  
re die iij Julij. 1518.

**E**neas cardinalis senensis Casiniro regi polonie Opus / Cum  
vacaret nuper ecclesia varimen conuenientes canonici eius in  
glogonia malicie et cogitantes de futuro pontifice vota sua in  
me direxerunt postulantes a summo pontifice ut ecclesiam illam michi  
committeret / Idemque fecerunt serenissimi principes domini impera  
tori et rex hungarie atque bohemie consanguinei et affines tui / Annuit  
beatissimus pontifex precibus eorum / et summo cardinalium consensu  
ecclesiam illam michi commendauit / Mittam prope diem procuratores  
meos ad serenitatem tuam cum litteris apostolicis / quibus precor ut ad  
possessionem capiendam necessarios velis impartiti fauores / Dicio enim  
quia sine tua opera parum proficerent / cum iam pruscia in manu tua pe  
ne tota esse feratur / Intelligo me magno munere donatum a tua man  
suetudine / si mei procuratores ut non ambigo tuis adiutii presidijs ecclie  
possessionem consequantur / facies rem gratissimam summo pontifici  
et sacro collegio / simulque imperatori et regi hungarie quos non dubito  
maiestati tue pro me scripturos esse / Ego vero conabor nocte dieque om  
ni studio et diligentia tue serenitati me gratum ostendere / atque ita efficere

vt michi profuisse tuam clemetiam non petireat Jamq; pro mea virtu  
li in sacro collegio/honorem tuum tutare cepi Namq; cum ageretur de  
culmine ecclesie pro qua scripseras /erantq; qui omnino illam commit  
tendam esse dicerent procuratori magni magistri ordinis beate marie  
theresianorum Ego p:os:9 restiti/meaq; suahione factum est vt res sus  
pensa sit/cum tue maiestatis precomia/simulq; genitoris tui et germani  
qui p:o fide catholica in bello contra turcos obiit clarissimas virtu  
tes retulissem Quibus auditis sedes apostolica que prius inclinata erat  
ad promouendum procuratorem ordinis mox sententiam mutauit/de  
crevitq; supersedere/ut interea temporis aliquid de concordia et pace illa  
rum partium tractari possit/et medio tempore rectorem aliquem hue  
administratorem illi ecclesie dare/qui tue serenitati merito displicere  
non debat Verum ego pro ea qua tuo culmini deuotione afficio/audeo  
suadere/ idq; utile arbitror/ut tua serenitas simul cu illis de terra prus  
cie oratores suos ad sedem apostolicam mittere protinus studeat viros  
prestabilis et auctoritate insignes qui offerentes viam iuris ac concor  
die cum aduersarijs coram sanctissimo domino nostro censuras eccl  
asticas/in terra pruscie quomodolibet fulminatas aut tolli aut suspen  
di petant/ Hpero enim eo modo res magnifice ad honorem tue sub  
limitatis et illarum partium tranquillitatem conduci posse/cum sanc  
tissimus dominus noster ad hec optime sit inclinatus Et multi sunt in  
sacro collegio cardinales reuerendissimi qui maiestati tue sunt affectissi  
mi/ Inter quos est reuerendissimus dominus rothomagenus Ego vero  
minimus inter omnes nihil obmittam ex his que ad augmentum sta  
tus et glorie pertineant tue sublimitatis/ Cui me humillime recommen  
do Ex roma die vltima augusti. i.e. 18.

**E**neas cardinalis senensis Othomi et luduico bavarie ducib; /  
Hyp; obtinuitis tandem ecclesiam ratiponeñ/reuerendo pa  
tri ruperto filio et nepoti vestro commendari. Datissimum est  
desiderio vestro/ Merebatur inclita domus vestra exaudiri in suis preci  
bus Nec talis est ecclesia ratiponeñ que vel probitati vel nobilitati eius  
dem ruperti satissimat/ Duo tamen obstabant petitionib; vestris/etas  
sc; promouendi minor/et capituli ipsius ecclesie desiderium a quo erat  
alius electus non indignus neq; ignobilis/ Ned cum repperisset pietas  
domini nostri electionem ipsam minus canonicam esse et hinc ruperti  
merita libaret/p:etulit nobiliorrem/nec putauit in etate mometum es  
se faciendum/quam tante domus claritas communiss; Est igitur vestig;

te cognoscere hoc beneficium ab ipso domino nostro sanctissimo Qui  
et fecit quod debuit / honorandus est tamen iuuandus et extollendus  
qui hoc tempore nobilitatis cultor et conservator existit / Verum cum  
ecclesiam ratiōne que olim florentissima fuit et a progenitoribus  
vestris fundata magnis opibus abundauit / iam pauperem / ac pene  
ruentem et vndiqz laceram esse intelligamus / nobilitatem vestram ro-  
gamus obm̄pe / ut postqz ad manus vestras redijt et caro vestra illi pre-  
est / ita efficere velitis ut palam omnibus fiat ws non verbo sed opere  
iphius ecclesie protectores et aduocatos existere / **D**icit vobis commen-  
data cleri libertas / date operam ut distracta et impignorata bona iphi-  
us ecclesie absqz grauamine cleri recuperentur / **D**icit ipse rupertus ouī  
um suarum non lupas sed pastore / sit canonicorum et aliorum clericorum  
non tytannas sed pater **M**enninet quia iubet apostolus ut non  
dominemur in clero sed tamqz forma facti gregis ecclesie presideamus /  
**N**ouerit non se ecclesie sed ecclesiam sibi commendatam esse / **C**onmē-  
damus deniqz etiam excellentie vestre venerabilem henricum de haspe-  
ris / cuius electio non suis demeritis sed propter obmissas iuris solei  
nitates rejecta est / dignus est certe qui rupertus et qui res suas gerunt  
non insultent sed compaciantur / non iniurientur sed faueant potius et  
ipsum ament **E**st enim vir bonus / nobilitati / ingenui correspondent  
mores **E**t enim niamesta est nobis eius pbitas **N**am licet multa in  
eum quesita sunt testimonia ad eius famam denigrandam / nemo ta-  
men rupertus testis est qui eius honori detraherit / **V**assus est vir bon⁹  
nō modicam iactutā / **V**enit romam cū graib⁹ expensis / fuit hic ea pte-  
anni qj⁹ est ardenter et piculohor aer / et pcessus est oplices labores / et  
tandem succubuit / **P**roseqbae causam suam / quebat honorem quem  
hibi debitū existimabat / **S**fecit qd ceteri mortales agunt / **N**am q⁹ est q  
electus in ep̄m alicui⁹ eccl̄e non teneat electionē suam tueri / et a sum-  
mo pontifice confirmationem suam obtinere **Q**ui ep̄atum querit inquit  
ap̄lus / bonum opus querit / **V**erum ea vsus est modestia / ea grauitate  
in suo iure psequendo / ut nullius vniqz honori detraherit / nullius fame  
preiudicauerit / nullius personam in discrimen adduxerit / **I**dem facere  
et qui cum eo missi sunt a capitulo / **T**estes nos sumus coram quibus  
causa agitur / **C**antum est q̄uis in electum ipsum et eligentes / non  
nulla criminis obijcerentur per procuratores ruperti / **I**pse tamen elec-  
tus et sequaces nichil aliud quehuere q̄ se purgatos atqz innocentis  
ostenderet / **D**e ruperto nichil vniqz reprehensione dignum dixeret / **D**ed  
tam ipsum q̄ progenitores suos et excellentias vestras / ipsamqz baua

tie domum cum magna veneratio et summa reverentia et singula  
ri quadam maiestate nominaverunt. Quibus ex rebus iustum et super  
iustum esse putamus ut eundem henricum et qui cum eo venere comi  
mendatissimos suscipiatis etisq; fauentes ac consilijs assistentes et auxi  
lijs quod est vere nobilitatis erga eos ostendatis que vicisse contenta  
non insultat victo sed victum sepe iacentem eleuat et in partem felici  
tatis assument. Hec pro nostra erga vos caritate et inclitam dominum ves  
tram affectione dixisse volumus quibus scitem nobilitatem vestram quod  
scriphimus per seipsum id fuisse facturam. Datum rome die iiiij septemb  
Anno. 1218.

**E**reas cardinalis senensis Othoni et ludouico bavarie ducibus  
Hypd Annuit sanctissimus dominus noster precibus vestris  
ac tatisponen eccliam reverendo patri domino ruperto filio et nepo  
ti vestro amendauit. Voluisse aplica pietas eam eccliam multo maio  
rem et ditorem fuisse et talem que nobilitati et moribus ipsi ruperti sa  
tissaceret. Sed qualiscumque est recipi debet alacri animo et habende suu  
ingetes gracie eidem domino nostro quod valde libere desiderio vestro studuit  
aplicere. Commendamus igit excellentie vestre eccliam ipsam et cle  
rum eius quibus certi sumus fundatione premitorum vestrorum in manibus  
vestri sanguinis constituta felicibus incrementis augenda esse. Insup quia  
venerabilis vir henricus de hasperis quem fuit electus a capitulo in persecuti  
one iuris sui modestissime se habuit idemque fecerunt qui cum eo missi fue  
runt ad confirmationem electionis petendam dignum censemus ut eos  
benigne recipere et tractare velitis non permittentes eis aliquam inferri  
molestiam vel iniuriam Nam cum ipsi tam de prefato ruperto quod de vobis  
et inclita domo bavarie cum summa semper generatione locuti sint et pro  
sequendi ius suum honestam modestiam habuerunt non esset propterea  
iustum eos iacture aliquid ferre. Hoc enim hec per se nota esse prudentie  
vestre ideo non plura scribimus. Tantum rogamus ut si quod sint quod eos in con  
spectu vestro criminari voluerint tamquam litigando in hac curia honori  
vestro detraherint nolite illis credere sed nobis potius fidem probare coram  
quibus est causa agitata et quod vobis scriphimus. Datum rome die viij septem  
bris Anno. 1218.

**E**reas cardinalis senensis Imperatori frederico Hypd Accepi  
superioribus diebus lecas tuas super negocio discernente reveren  
dam patrem epm laurie. Introduxi ad sanctissimam dum

nostrum nunciam dum / obtinui litteras fieri secundum desiderium  
maiestatis tue quas idem nunciis apparetur / **D**uplico serenitati tue  
bigneris ita facere ut capitaneus in wrichtenstein non sit nimis onero  
sus illi ecclesie laurien quia reuera multum exorbitat et grauat cle  
rum / tua maiestas semper pia fuit et sacre religioni affecta / **C**onti  
nuetur in hac sua gloria tua pietas nec paciatur a suis officialibus  
refari clerum quem semper misericorditer tractauisti **H**ec dico quia  
cupio semper honori tuo bene consultum esse **A**ccepi et alias litteras  
quas in facto ratissonej ecclesie transmisisti / ruperto fauientes iam  
ille promotus erat ad ipsam ecclesiam quia reperta fuerat electio capi  
tuli inualida **C**ausa mihi commissa erat **E**t ego in consistorio relatio  
nem feceram / **P**ostq̄ dominus noster considerauit scripta que prius  
tua maiestas miserat fundata super electione canonica / non dubitauit  
quim ea reperta inualida promotionem ruperti commendares quod  
ego etiam ita putauit futurum **E**t ita placitum est illi nobilissime do  
mīu **I**nsuper gracias ago maiestati tue pro litteris sanctissimo domino  
nostro et sacro collegio sup factō varien ecclesie in meum fauorem mis  
sis **N**unc cum idem dominus noster ecclesiam illam michi commendā  
uit / supplex oro ut digneris litteras oportunas in bona forma scribere  
ad serenissimum polonic regem subscribendo illas manu propria / ut  
maiore videatur affectio / rogantes eum ut procuratoribus meis possel  
lionem iphus ecclesie assignari faciat / **V**eniet enim infra paucos dies  
vnus ex procuratoribus iphs ad serenitatem tuam pro litteris accipi  
endis quem cupio celeriter expediti / **D**e nouitatibus harum partium  
hoc tantummodo scribere possum **R**ex aragonum maximam et poten  
tissimam habet in marci classē minatur genuenisbus / **D**ed et alijs  
opulibus terrorē inauit / **C**omes iacobus piccinnius cum exercitu  
re znum apulie exiturus est prope diem / **D**icit se contra sigismundum  
maletestam arma sumpturum / sunt tamen qui senenisbus et qui ec  
clesie romane timendum putant / **V**ehim et comes euersus inter se  
contendunt / nec finis potest iniurie discordie / **C**ardinalis de vechinis  
quasi papam timeret ex vrbe iam pridem recessit / et inde similitates  
non pauce exorte sunt inter ipsum et romanum presulem / **M**issas est  
tamen modo per collegium cardinalis sancti marci qui cum aplice pie  
tati reconciliat **N**escio quae fructus sequetur **N**on sum sine periculo intel  
tim belli si vechinorū domini implicata remaserit / **E**x oriente nouitas allata  
est fecim cardinalis portugaliē veneno perijisse in cipro quod regnaturus eo  
profectus erat ac filiam regis duxerat / **T**urchoz classis mithelenam

insulam conatu vexatua fertur/ sed auxilio illi erit legatus apostolicus  
cū tremibus suis et rodienſi manu/ **A**lia que scribam nō habeo Com  
mendo me humillime/ sublimitati tue ad cuius mandata semp ero pa  
tatus **E**x romā die vndecima septembri Anno domini Milleſimo qua  
dringenteſimo. 18.

**E**reas cardinalis senensis Ladislao regi hungarie **D** p d **Q**ue  
scripsisti michi ſuper negocio vratislanienſ electi/ curauit atq  
diligenter peregi/ quis res eſſet difficultis et pecunaria/ gestus  
eſt moſ tue ſeremitatē **E**t remiſſa eſt electio magna pecunie pars/ Labo  
raui ut ſatiſficeret deſiderio tuo circa ratiſponeñ eccleſiam et ovtenta  
eſt tua voluntas/ **P**refectus eſt enim illi eccleſie illuſtris princeps ru  
pertus bauarie duſ consanguineus tuus/fui ego in ea cauſa commiſſa  
rius/ et quādmodum debuī conatus ſum eam relationem facere/ que cū  
veritate ei dem ruperto utilis eſſet ſſeci id libenter quia intelligebam  
me ſublimitati tue/ ſimul et inclite domui bauarie coniplacere/ et eccl  
eſe illi bene conſulere/ nec de hoc plura/ **V**erum ſeremifſie rex cum tua  
pietas dignata fuerit domino noſtro pape pro me ſcribere atq  
iſtanter ſupplicare ut ecclēſia vaticinienſ michi commenidaretur/ idq  
iam fac  
tum eſt/ rogo et ſupplico ut ceptum continuans beneficium/ ſeremifſimo  
regi polonie ſororio tuo urgenter ſcribere digneris pro poſſeſſione iphi  
us ecclēſie meiſ procuratorib⁹ danda quādmodum henricus ſeuſleben  
vratislanienſ tue ſublimitati laetus declarabit neceſſarium eſſe/ **I**dem  
etiam celſitudini tue nouitatem harum parcium quas hibi ſcribo ſerio  
ſus exponet/ **N**ec aliud impoſentiarum mihi q  
me tue ſublimitati ite  
rum atq iterum commendo ad eius ſemper mandata paratum **E**x  
romā die vndecima septembri Anno Milleſimo quadrageſimoſeptimo.

**E**reas cardinalis senensis Henrico ſeuſleben **D** p d **D**criphiſ  
ti nobis hijs diebus frēptes lrās pro quibus graciaſ agimus  
tibi/ qui rei et optimi amici officium impletis/ **I**ntellexim⁹ illa  
rum diſturbia partium/ **D**olem⁹ pncipes vſtros non tam ſe beneuolen  
tia q  
ſanguine contingere Cuius rei cauſam non iphiſ asſcribimus ſed  
illis quoq vices prie ceteris audiunt/ **I**nfortunium eſt hoc noſtri tem  
poris ut tunc potiſſime diuiniſimi cū expediret maſime eſſe vniuersos/ ſed  
dabit deus hiſ quoq fine m/ **P**ro electo vratislanienſ laborauim⁹ diligē  
ter/ et tandem conſecimus quod petebatur **N**am tria milia ferme duca

torum remissa sunt In qua te intelliges ex veneslao que fuerint par-  
tes nostre / Rogamus velis esse cum maiestate regia et habeas litteras  
oportunas impetrare ad seressimum polonis regem et alios ut opus es-  
se putabis duplicates Nam ipse veneslaus offert se iurum nomine  
suorum dominorum in poloniam / et nos statim mittemus bartholo-  
meum canonicum varimem cum litteris et procuratoriis oportunis / et  
necessarium est q̄ ambo habeant litteras regias Nam nos eisdem du-  
cibus per hos dies non paruum obsequium fecimus / qui pugnantib⁹  
fere ceteris cardinalibus / sanctissimo domino nostro suauimus consan-  
guineum eorum rupertum ad tatisponem ecclesiam promouendam es-  
se / cum essemus commissarii et alterius electionem inuenissemus non  
valere Mittimus tibi litteras credenciales quarum vigore poteris eis  
supplicare ut tibi assistant ad regias litteras impetrandas / Procopio  
et michalao scribimus quos arbitramur suos fauores non negaturos /  
Cardinalem sancti angeli vellemus apud se esse / ut eius summa pri-  
uentia lites australice compone rentur / Rogamus ut nostras litteras  
hibi transmittas Et demic aures ut venientibus dictis veneslao et bar-  
tholomeo littere que necessarie sunt in promptu habeantur / De noui-  
tatis harum partium pauca sunt que scribere possumus Ea q̄ sunt  
habes ut supra in littera imperatoris Vale optime ex toma die vii sep-  
tembris Anno 1811.

**E**reas cardinalis senensis Procopio cancellario bohemie Ha-  
ludem plurimam dicit Q̄uis raro nobis scribis Ex nicholao  
tamen simulq̄ hencō seufleben intelligimus te veterem erga  
nos benivolentiam retinere et omni officio veri amici satisfacere / non  
repetimus que pro nobis fecisti / Hunc enim plurima / nec nos hi su-  
mus quā referre gracias valeamus Illud tamen quod possumus faci-  
mus / reclamamus magnificentiam tuam / et animum habemus pa-  
ratum omnia facere que tibi grata sunt et nobis possibilia Id ostende-  
mus si quando pro venerabili germano tuo preposito vice gradeñ ali-  
quid acciderit quod hibi utile futurum putemus et in nostra potesta-  
te constat / Interea rogamus te ut perseueres in officio caritatis  
et tui ener semper meminetis Insuper quia mittemus prope diem pro-  
curatores nostros cum litteris apostolicis ad capiendam possessionem  
vatimem ecclesie si saltē haberi poterit / Rogamus amiciciam tuam  
ut eas litteras impetrare velis a regia maiestate quas hencō

predictas dixerit oportunas Nam tantum pondas huiuscce rei conse  
quende in serenissimo rege ipso hungarie atq; bohemie consistit / et qui  
ceperit perficiat Erimus in eternum sue maiestati et tibi obligati /  
Quippe qui eccleham eam suo & tuo fauore obtinuerimus Conati inq;  
semper sumus nos gratos ostendere Credimus cardinalem sancti an  
geli iam apud vs constitutum esse Quod si ita est commendata nos sue  
dignitati tamq; patri veneratu dignissimo Que sunt apud nos noua  
scribimus iphi henrico tibi communicanda Feruet apostolica mens  
desiderio exterminandi turchos sed principes christiani inter se disciden  
tes pium propositum prouersus deserunt / Deus meliora prebeat / quod  
speramus Vale optime Ex voma die undecima septembri Anno domini  
m. 1818.

**E**reas cardinalis senensis Johanni cardinali sancti angeli D  
epd Vicues more tuo scripsi ad me nuper epistolas / Vidi  
eas libenter quia significabant te ex bosna reuersum prope  
hungariam degere / ac bene valere quod pre ceteris michi iocundissi  
mum fuit / Pero hec scripta mea repertura esse in austria personam  
tuam / inter nitiores gentes / Utinam ita fiat / Nam presentia tua  
futurum opinor ut principes illarum partium prouersus componantur /  
Ait enim cardinalis papieñ se cum anno superiori ageret in austria  
omnes lites inter imperatorem et regem hungarie adeo attenuasse ut  
parum ad integrum concordiam superfuerit / Composuisset omnino par  
tes ipsas ut est opinio nisi coactus fuisset norenbergam ascendere Ex  
istimo igitur haud dubie dignationem tuam fide debito terminaturam  
quod ille infectum reliquit / si tamen ita est ut compositioni tam par  
ua vt refecunt res defuerit / Utinam sit elaborandum est eo negotio  
Nec minus erit cum posuisse imperatorem et regem q; turchum delevi  
se Et ego quidem hanc coronam tue dignationi auguro et opto / No  
ritates harum partium non dubito intelligis ex aliorum litteris / Ex  
me tamen hec pauca habe Rer aragonum maximam habet in mari clas  
sem galearum supra xxx magnarum oneriarum septem / minorum  
navigiorum q; plurium / Dicit se iturum in catholomiam vt inde for  
tice redeat contra turchos Inde factum est ut rex portugalie aduentum  
suum suspenderit / Genuensis hanc regis classem contra se armatam  
putant / simulq; cum eis florentini et senenses timent / certitudo nul  
la est quid tandem rex intendat / Comes iacobus piccininus cum ex

ceritū circiter duorum milium bellatorum exercitus bellum fertur / Terrā  
tatur ecclesia simulq; senenses / cum se contra sigismundum maletestam  
prefectum minatur / Vrbin et comes eversus adhuc inter se litigant  
Cardinalis de vrsinis iam pluribus diebus e curia recessit / Virtus ne  
quid sibi simistri accideret / cum papa exercitum misisset aduersus fra  
tres eius / Nunc rex aragonum vrsinorum familiam in suam protecti  
onem recepisse fertur / Tunc ne romanus ager nouis inuoluatur liti  
bus / Nullus est cardinalis sancti marci ex parte collegij ad ipsum do  
minam de vrsinis ut si possibile est controvēsie componantur / Domi  
nus noster sanctissimus iterum duas galeas cum pecunia ad legatum  
mittit in orientem / facit pius pater quod potest / sed relinquitur a  
principibus nec solas potest tanti belli molem sufficere / Imperatori tur  
chorum contra mithelenam missurus classem fertur non modicam / sed  
dominas insule spe legati fretus et auxilio genuenium nauale bellum  
instupidus manet In albania dicunt scanderberchium magnalia per  
petrasse contra turchos / Quod si verum est melius tua paternitas re  
uerendissima que per id temporis prope fuit exploratum habuit Cupio  
ut tandem redreas nec velis triennium completere / nisi principes contra  
turchos excitari posse confidis / Recommendō me dignationi tue ad eius  
mandata semper paratum Ex: roma die vñdecima septemb̄is Anno  
domini. 1278.

**E**neas cardinalis senensis Nicholao listio Salutem plurimā  
dicit Grate fuerunt nobis littere tue quibus germanica nego  
cia nobis significasti / vtinam melius se res haberent / Sed  
conferenda sunt que nobis tempora dantur / Sicut deus ut principes il  
li vestri aliquando concordes sint / ne qui sunt sanguine proximi odio  
disiungantur / Gaudemus propter conualuisse et nostri memorē  
esse / Cupimus nos sue magnificentie sepius efficias commendatos /  
Dscribimus regie maiestati et sibi de litteris necessarijs ad obtinendā  
ecclesiam varimērogamus in ea re tuo more his vigil Et ita efficias  
quemadmodum henticus scufleben expetierit qui conditiones illius  
patrie nouit / et noster est fidelissimus amicus / Ab eo scies que sunt  
hic noua fluctuamus et nos more hominum nauigantium Frater tu  
us wteras repetit / ptalia multis in locis peste laborat / sed potissime  
sena Nam que bello afflicta fuit et caritate annone / nunc quod tertium  
erat moebo languescit Vale q; nobis sepius scribe Datum rome die  
vñdecima septemb̄is Anno domini Millelmo quadringentesimo quin

quagefimo septimo.

**E**reas cardinalis senensis Ulrico vider Salutem plurimam dicit Recepinus litteras tuas quas reddidit nobis iacobus imperatorie maiestatis nuncius Agnus tibi gracia pro lic teris scriptis in facto ecclesie varimē. Hocimus enim te eas dictasse et expediri fecisse Nunc opus est ut alias iterum expediri facias ad se renissimum regem polonicum et alios / pro vt opus fuerit / latius te ad mouebit procurator noster q̄ statim mittemus ad possessionem capiendam / Super facto laucionē expeditius litteras iuxta desiderium maiestatis imperatorie quas ipse iacobus secum portabat Rogauit enim nos vt concederemus sibi pecunias / Concessimus primo sex aureos / Et deinde iterum rogauit nos vt alias sibi pecunias mutuare mus pro reditu necessarias / Sicutius sibi illas per bancum concedi Et obligauimus nos pro eo intuitu maiestatis imperatorie cui delemus omnia / Voluissemus q̄ ipse habuisset aliqua scripta vel maiestatis eiusdem vel tua / Libentius sibi subuenissemus / tamen quia nuncius imperatoris / noluimus eum derelinquere sicut ab eo intelliges / Rogamus de operam cum eo postq̄ redierit vt nobis satisfaciat / Intellexi mus de dispensatione tua / erimus cum correctore / et videbimus quid faciendum sit / scito q̄ littere nulle possunt obtineri gratis ab isto papā / nisi pro persona imperatoris / Di vis q̄ exponamus pecunias pro te scribe nobis et libenter id faciemus / quia pauperes sumus adhuc tam pro vobis inueniemus centum aureos cum opus fuerit Habebis cum presentibus litteras ad iohannem hinderbachum Rogamus eas sibi mittas ubicumq; fuerit Et nos sublimitati imperatorie commendes ad cuius mandata paratissimi sumus Ex vrbe die undecima septembri Anno 1218.

**E**reas cardinalis senensis Johanni hinderbachio H p d Labo rauimus diu tui causa aduersus aduersarium tuum super pre benda ratisponeñ et deinde peperimus tibi pacem Obtinuimus namq; prebendam p̄uī ratisponeñ dari domino humano vt tibi qui es esset Et ita factum est Hoc scribimus ad consolationem tuam Rogamus vt nos imperatorie maiestati commendes et iuves nos ad possessionem habendam ecclē varimē. Vale optime Ex ro. die xi septembris Anno 1218.

**E**reas cardinalis senensis Ludouico bauarie duci **D** p d **V**eni  
et ad excellentiam tuam venerabilis vir henricus et aliqua  
nostro nomine referet. Cui rogamus ut plenam credentie fi-  
dem prestare velis. Et in hijs que vice nostra petierit benignum impar-  
tiri fauorem quodammodo de tua erga nos caritate plene confidimus.  
Ab eo etiam scies negocium ecclesie ratisperneñ per tuo desiderio expedi-  
tum esse. In qua re fecimas quod vires nostre potuerit ut honori tuo sa-  
tisferet. Ex roma vt s.

**E**reas cardinalis senensis Ludouice duci **D** p d **H**igis  
mundus senuetil bone indolis adolescens primus huc venit in  
causa ecclie ratisperneñ. Primusq; litteras tuas nobis reddidit  
Institut die noctuq; diligentissime laborans ut desiderio tuo satissimet  
Cum res sit ad votum expedita dignus est qui digno fauore tractetur  
Rogamus igitur ut tu ipso administratori ratisperneñ consanguineo  
tuo eum commendare velis / atq; ita efficere ut de primo beneficio va-  
caturo et conuenienti / sibi omnino prouideatur. Reddes enim merce-  
dem condignam suis laboribus / et nobis singularem complacentiam  
facies / qui eum iam pridem nouimus et pro sua virtute dileximus. Da-  
tum rome die undecima septembri Anno domini Millesemo quadrin-  
gentesimo. 18.

**E**reas cardinalis senensis Martino maier **D** p d **H**ant non  
nulli nationis tue homines parum penſi habentes / quibus  
romani pontificis auctoritas neq; necessaria esse videtur neq;  
a christo instituta / Contra quos hanc epistolam scribere et tibi trans-  
mittere decreuimus / ut si quando tales homines te adicerint habeas  
ex nobis quo gladio / eorum temeritatem confodias. Nam quando  
eos non solum scripta iura refellunt et auctoritas ecclesie longe lateq;  
diffusa / sed ipsa quoq; naturalis ratio eis aduersa est / que lex nature  
immobilis et inuariabilis adeo fixa est ut neq; epycheram ferat /  
Audi ergo quo modo istos renuncimus refellimus prosterimus /  
cum christianis nobis questio est qui euangelium recipiunt et christi  
filium dei pro nostra salute incarnatum et passum fatentur /  
Hi nobis alia quoq; negabunt sacramenta in ecclesia ab ipso filio  
dei instituta quibus ad salutem nostram vtimur / baptismi / confirma-

Hocis / eucharistie / penitentie ordinis / matrimonij et unctionis ex  
treme / quorum unum quod est principalissimum scilicet ordinis alio  
rum duorum que potissima esse videtur eucharistie ac penitentie misse  
rium in se continet Nam sacerdotes hac potissimum causa sunt institu  
ti / ut purgantes per penitentiam homines a peccatis suis et in graci  
am dei redeentes / ydoneos faciant ad corpus christi participandum  
Deinde corpus christi consecrantes illud eis administrant / Videmus  
autem natura ita comparatum esse ut omnis potestas que ad principa  
lem aliquem ordinata est effectum / inferiores ordines sibi subseruen  
tes habeat / quod maxime in artibus apparet Nam arti que formam  
materialm inducit alie subseruiunt que materialm disponunt Et rur  
sus ars illa que formam induit alteri seruit ad quam pertinet finis per  
fecti operis Nam qui lingua cedit arti nauifactiue deseruit Et hec  
rurus gubernatorie illa vero militari vel yconomice quoadmodum ad  
diversos ordinantur fines Cum ergo potestas ordinis in eum finem  
constituta sit ut purgatis hominibus corpus christi ministret palam  
est inferiores ordines ei deseruire ea preparantes que ad hoc opus ne  
cessaria sunt Et infiniti quidem ordines sacerdotali subseruiunt popu  
lum preparantes / Ostiarum quidem arcendo infideles a ceteri fidelium /  
lectores instruendo cathecumenos elementa fidei tradentes / propter  
quod eis scriptura veteris testamenti legenda committitur / Exorciste  
vero eos purgant qui per demoniorum vexationes a sacramentorum  
perceptione impediuntur Atque ita hi tres ordines disponendi populi cu  
ram halent Est et quartus accolitorum ordo / cui vasa non sacra credi  
ta sunt in quibus sacramenti materia preparatur Hubdyacom vero  
ministerium halent super vasa sacra et super dispositione materie non  
dum consecratae / Dyacom vero ulterius procedunt administrant enim  
atque contingunt materiam iam consecratam christi sanguinem populo  
dispensantes / Subseruiunt autem hi ordines sacerdotali et in prepa  
ratione populi Nam dyacombus committitur euangelica doctrina pre  
paranda populo Hubdyacomibus epistola / Accolitis lumenis com  
missa est cura quod ad solemnitatem doctrine procul dubio pertinet /  
Atque ita hi sex ordines ad septimum referuntur qui sacramentalis  
appellature / At cum ordinum horum collatio cum sacramento quo  
dam perficiatur / sacramenta autem ecclesie dispensatores requiri  
unt ydoneos / necessarium est superiorum aliquam potestatem es  
se in ecclesia altioris ministerij que ordinis sacramenta dispensem

Hanc autem maiores nostri episcopalem appellaueret que quis in co-  
securatione corporis Christi sacerdotalem non excedat superat tamen in  
his que ad regimen populi pertinent. Nam et ipsa sacerdotalis potes-  
tas ab episcopali diriuatur. Et que sunt ardua circa populi curam epis-  
copis reseruantur. Nec sacerdotes ipsi dum corpus Christi conficiunt re-  
bus alijs vntuntur quod per episcopum consecratis ut altari calice vesti-  
bus. Est igitur manifestum summam regimini quod in populo Christiano  
geritur ad episcopalem pertinere potestatem. Verum quis po-  
puli per diueras dioeceses ac ciuitates distinguuntur sicut tamen una  
est ecclesia sponsa Christi ita et unum oportet esse populum Christia-  
num. Et sicut in uno populo speciali unus requiritur episcopus ad quem  
summa rei deferatur ita et in toto populo Christiano per necessarium est  
unum esse totius ecclesie caput unum preceptorem atque magistrum  
ad quem maxima quecumque et difficultia referantur. Cumque ad unitatem ec-  
clesie conservandam illud potissimum requiratur ut una sit omnium  
fides circa ea vero que fidei sunt questiones varias subiecti contingat/  
unum esse principem unumque caput oportet et supremum iudicem qui  
questiones ipsas dissoluat. Alioquin sententiarum diuersitas ecclesi-  
am ipsam diuidet/ atque solueret unitatem. Quemadmodum factum  
esse videmus ante consilium Nicenum dum sibi quisque viviebat et ad  
romanam ecclesiam patiens habebatur respectus. Et nos quidem pa-  
lam videmus omnes qui temestate nostra peregrina inuenient dog-  
mata/ et errores predican illud in primis sibi usurpare ut romane ec-  
clesie auctoritatem et principatum diffiteantur. At cum Christus Deus  
noster sponsam suam ecclesiam tam feruenti amore dilexerit ut san-  
guinem suum pro ea effuderit crucis tormentum perpessus. Nequaquam  
credendum est eum in his que necessaria sunt ecclesie non oportune  
consuluisse/ cum de synagoga per prophetam dicat quid ultra facere debui  
victime mee et non feci. Itaque cum necesse sit ad perfectum regnum unum  
preesse a quo ceteri dependant/ minime dubitandum est quoniam ex ordi-  
natione Christi unus ecclesie presit. Et nos hunc romanum presulem  
appellamus/ vulgus papam nominat. Insuper cum ecclesie regimen  
ab eo institutum sit per quem reges regnant et leges conditores ius-  
ta decernunt non est ambigendum quoniam ecclesie regimen optime sit  
ordinatum. Optimum autem multitudinis regimen illud est quod ab  
uno regitur. Id autem ex fine patet. Nam finis optimi regimini par-  
est et unitas subditorum. Unitatem autem que pacis est nutrix nemo

**S**abitauerit longe melius ab uno seruarii quod a pluribus / **V**nus enim dignitati congruit / **P**rob quam rem non est ambiguum quoniam ecclesie regimini tamquam optimo preliti unus **H**uc accedit quod in apocalypsi iohannes ait se scilicet vidisse iherusalem descendenter de celo **E**t moysi mandatum est ut omnia ficeret secundum exemplar ei monstratum in monte **Q**uibus ex verbis quid aliud colligimus quam militarem in terris ecclesiam / instar esse triumphantis ecclesie in celo **A**t cum in illa unus sit dominus dicente iohanne cursus in apocalypsi / ipsi populus eius erunt / et ipse deus cum eis erit eorum deus **Q**uis non intelligit ecclesie militantis unum esse principem oportere **R**ecte igitur osee primo scriptum est **C**ongregabantur filii iuda et filii israhel pariter et ponent fibinet caput unum **D**ominus quoque apud iohannem ait **I**fiet unum ouile et unus pastor **E**t ad ephesios doctor gentium paulus **D**olliciti inquit scitis seruare unitatem spiritus in vinculo pacis / **U**nus corpus et unus spiritus sicut vocati estis una spe vocatio nis vestre / **V**nus dominus / una fides / unum baptisma / unus deus / **T**ed dices fortasse unum caput / et unus pastor ecclesie christus est / qui est unus et unus ecclesie sponsus / et hic cuncta gubernat / nec opus est alium adhibere pastorem / **V**ana est argumentatio tua **N**am cum omnia ecclesiastica sacramenta christus ipse perficiat / **I**pse est enim qui baptizat et peccata dimittit / ipse est enim vocis sacerdos qui sese obtulit in arca crucis / et cuius virtute corpus eius cotidie consecrat / possemus dicere minime necessarios sacerdotes quod optime fit absurditatis nequaquam te latet / **D**icimus enim christum cum ex hoc mundo transfiguratus esset ad patrem / cum corpore affuturus erat / **E**legisse ministros per quos sacramenta fidelibus dispensaret / **E**adem enim ratione necessarium fuit aliquem eligere cui universalis ecclesie curam committeret / quod fecit / **D**ixit enim petro ante ascensionem suam **P**asce cnes meas / et ante passionem / tu interim confirma fratres tuos **C**t cursus petro ait **T**ibi dabo claves regni celorum **Q**uibus verbis palam ostendit potestatem clavium per petrum ad alios diriuandam ut ecclesie seruaretur unitas / **N**ec fas est dicere hanc dignitatem petro datam ad successores eius non dictuari / **N**am christus ecclesiam usque ad finem seculi duraturam instaurit secundum illud psalmie decimoquarto capitulo / **S**uper solium mundi et super regnum eius sedebit ut confirmet et corroboret in iudicio et iusticia ammodo et usque in sempiternum **N**am potestas apud

eos qui cum p̄p̄isto vixere/ita instituta est vt ad posterōs dicūaretur  
 pro vnitate ecclie vſq; ad finem seculi. Et hoc est qd ipse saluator dicit  
 mathei vltimo Ego vobis sum vſq; ad consummatinē seculi. Ita  
 ergo liquat vnum esse pontificem qui precht ecclie r̄muerse. Et hic post  
 p̄p̄istum petrus fuit illo autem vita functo successores eius vſq; ad ca-  
 liptum tertium p̄p̄isti vicariatum tenuerunt. Nec potest alia quepiam ec-  
 clechia hac prerogativa gaudere. Nec ipsa quidem iherosolimitana in  
 qua fuit officina nostre salutis/z cui iacobus frater domini magnus pre-  
 fuit apostolus. Nam p̄ps cū vicarium suum petrum elegit/ ei loco hanc  
 dignitatem concessit quem petrus ipse suo sanguine consecraret. Iheros-  
 olimitanam autem ecclesiam quā nycena synodus ab omnibus ho-  
 norandam esse voluerit/saluum tamen esse decretū ius cesaree palest-  
 tine que tunc eius erat metropolis/Romana igitur ecclie vt sacri  
 canones aiunt caput omnium est que principis apostolorum et docto-  
 ris gentium sanguine dedicata ibi apud se celeste regnum habere me-  
 ruit/vbi terrenum vſq; ad summum creaverat imperium. Nam sicut ro-  
 mulus et rem? inicium ibi mortalis imperij fecerunt/ita petrus et paulus ce-  
 leste regnum fundauere.

**E**neas cardinalis senensis Episcopo onetensis. H p d litteris suis  
 et letati et oblectati sumus. Letati quidem qd tempora nostra cla-  
 ris flovere ingenij et vim eloquentie passim crescere atq; ad  
 exteras penetrare nationes animaduertimus. Oblectati autem qd in  
 epistola tua multum leporis/ multumq; salis inuenimus. Et cum om-  
nia que scribis gratia dignaq; philosopho p̄caldubio sint/tum nobis  
 illud precipuam quandam exhibuit voluptatem qd in exemplis ietro  
 et moysi quibus impugnabaris/quasi armaturis tuis quibus et defen-  
 deris et aduersarium tuum ferires vt nouisti. Est enim simile hoc il-  
 li quod de virgilio legimus/qui cum criminib; hibi daretur/qd homeri ver-  
 sus operi insereret suo. At hoc inquit quod vituperatis laude precipua  
 dignum est/tamq; ego clauam ex manu herculis arripuerim/Hoc iti-  
 dem et nos de tuo ingenio dicimus. Perge igitur et florentes eloquij tui  
 vires sepe exerce. Dic enim erit inter discretos oratores non vulgare  
 nomen tuum. Vale qd es. Ex vrbe tertio octobris. Anno domini  
 ·1271·

**E**neas cardinalis senensis Leodicho cribello. Halatem plurimam  
 d Affecerunt nos haud modica voluptate prestans vir et amice

singularis littere tue quas ex mediolano .xvij. k<sup>l</sup> septembriis ad nos  
scripisti / legimus iohannis crisostomi epistolam quam ex athica ro-  
manam fecisti / **R**esciebanus te ante greci sermonis gnarum esse / pri-  
us translationem hanc vidimus q̄ te grece doctum audiiremus **T**anto  
te magis existimam⁹ q̄to mag⁹ est duas linguis q̄ vnam nosse **N**on  
est nobis iudicium de grecis / At quod latine scriptum est ex greco ver-  
sum / si quid est quod sentimus admodum laudabile est / tersum / suave/  
nitidum / **G**audemus te huic doctrine profectum ut laudari ab omnibus  
tua scripta debeat / At quod de nobis iudicium facias / longe maius  
est q̄ nostra exigant merita / **N**oscimus nosipso⁹ nec fallimur cum  
laudamur / **C**oq ad cardinalatum electi sumus diuine miserationis  
est / non nostre virtutis / **N**ec omnia consilia dei humana potest inueni-  
tigare cogitatio / **S**epe ad nostram cuimam tendunt que nos quasi fe-  
licita vel cupimus vel admiramus / **N**eque dignitas cardinalium tantum  
in se boni habet q̄dum pre se ferre videatur / et quidem nobis qui tante  
glorie impares sumus instar est potius misericordia felicitatis Itaqz pro-  
be ad nos epistolam de exilio militis misisti vt solamen nostre calamiti-  
tati afferres aliquid / egemus enim consolatione non parua **N**am si  
aut prestantissimi patres in viles expulant homines / itaqz & ignari nos  
trioz similes quasi a patria fugati sunt cum ceteri admiscentur probatissimum  
Idqz nobis accidit in sacrum collegium accerhitis in quo  
trementes viuimus / **F**arit deus vt si non implemus opiniones homi-  
num / at saltem non confundamus eos qui de nobis bona predican /  
Vici prestantes et euo nostro singulares **N**icholaus arcebaldus et  
scena cortensis dum nos commendant faciunt magis quod se decet q̄  
quod meremur / **S**tephanus tacia nouarien⁹ ad quem scribebas diem  
obijt **N**os loco suo tuas legimus litteras / Amauit te ille / et amat  
procul dubio in paradiſo viuens **N**on enim perit anima cum a corpore  
abit neqz vice boni et stephano pares ad inferos migrant dum fatis  
funguntur sed recta via celum petunt ei seruituti / eoz fructu⁹ a quo  
recepérunt esse **E**x urbe romana die viceimsecunda octobris Anno  
domini. 1218.

**E**neas cardinalis senensis **N**icholao arimbaldo **D** p d **N**ille  
annis si tacuisses nichil ad me aut de me scribens / nichil ta-  
men de nostro erga te amore diminuissimus **N**eque enim nos  
latet quoquo in statu simus nos caros esse et amatos in mente tua

**A**ccepimus modo litteras tuas quibus amicam comarum nobis commendas. Erat nobis cure causa sua et intelliget si opus fuerit tuas commendationes hibi fuisse utiles. **H**ic cardinalatus quem sine ullis meritis consecuti sumus nulla in re nobis voluptati est nisi ut aliquando per desse possimus amicis nostris inter quos tua probitas precipuum habet locum. **C**icum est igitur ut opera nostra confidenter utaris. **C**upimur tibi consortem et liberis bene esse. **V**ale optime et nos quando facultas sese exhibet domino duci commendatos effice. **E**x roma die xxij octobris  
**A**nno. 1878.

**F**ratrem reverentiam cultus dignissimum dominum eneam filium episcopum senensem et sacrosante romane ecclesie presbiterum cardinalem benemeritissimum Leodrighus cribellus. **S**p d Existimo dignissime presul ingentem iam esse litteraz aceruum earum que ex omni ytalia germaniaz et ab optimo quoqz vito studio congratulandi per hos menses ad tuam dignitatem sunt conscripte. **E**t quis virtutes alias alia merita spes etiam in futurum vberiores sigillatim et facile et recte ex magna copia cuiuscumqz animas tulit ethi non hisdem verbis annotauerit eandem tamen seriem eandemqz voluntatem videre videoz omnes imitatos esse. **Q**uo numero cum et ipse fuerim ab amplitudine tua non ab ingenio meo vices capiens statui impresentiarum nouo ac diverso scemate felicitatem tibi tuam et diuine maiestatis propicium nomen ante oculos ponere. **H**ec est epistola iohannis cribostomi qui cum ex pontificali throno suo pulsus et exilio damnatus esset amiciqz exinde sui sueqz sanctitatis et eloquij diuini cultores metore et cruciatibus afficerentur ad circiacum episcopum et ipsum exilio damnatum hanc epistolam luctus et misericordiarum primo deinde consolationis plenam scripsit. **Q**uam ego dum ex greca latinam fecissem statui prestantissime dignitati tue ea potissimum causa dare ut intelligas quanto meliore conditione tecum diuina pietas agat. **I**llum enim virum sapientia et sanctitate primatum mimicoz frans potentiaqz pressum dedit. **T**u omnium aduersantium iniuriam mitabili ingenio et vite candore superasti. **I**lle ex patria crudeliter pulsus est. **T**u a remotis regiomibz quanto ibi etiam feliciter degeres felicius tamen in patriam es revocatus. **I**lle ex throno suo electus est tu ad maiorem sublimatus es. **I**llius ruina suos omnes miserabili caritate inuoluit tua vero felicitas tum ceteris omnibus amicis et clientibus tuis tum michi maxime perhennis leticie materiam prebuit. Itaque leges hec diuini cribostomi

Scripta non ingeatris oculis. Sed ita tamen ut scribent grauitas inter  
pretis nouitate non ledatur. Tuam vero reverendissimam paternitatem  
diutissime bene valere precibus precor / cuius gravissimi precones / np  
cola? archemboldus et scena cortensis non in hoc clarissimo senatu tan  
tum sed in omni italia primarii viri eidem sese summo affectu commen  
dant / Mediolani xvi k<sup>l</sup> septembris.

